Bibliothèque numérique

medic@

**Hippocrate / Dietz, Fridericus (éd.).**

**Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem latinam notasque addidit Fridericus Dietz**

*Lipsiae : sumptibus leopoldi Vossii, 1827.*
*Cote : 33150*

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?33150

# ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

# ΠΕΡΙ ΙΡΗΣ ΝΟΥΣΟΥ

## ΒΙΒΛΙΟΝ.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 1 sur 201

Parisiis, rue de l'école de médecine, No. 4., apud J. B. Baillière.

Londini, 3 Bedford Street, Bedford Square, apud J. B. Baillière.

Amstelodami, apud Müller et Soc.

Viennae, apud J. G. Heubner.

Lipsiae, impressit Fr. Brockhaus.

# ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

# ΠΕΡΙ ΙΡΗΣ ΝΟΥΣΟΥ

## ΒΙΒΛΙΟΝ.

RECENSUIT, NOVAM INTERPRETATIONEM
LATINAM NOTASQUE

BIBLIOTHEQUE DE LA FACULTÉ de MÉDECINE DE PARIS.

ADDIDIT

FRIDERICUS DIETZ.

LIPSIAE, SUMPTIBUS LEOPOLDI VOSSII.
MDCCCXXVII.

*Ἀγαπᾷν χρὴ, μεμνημένον ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν.*

Plat. Tim. p. 29.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 4 sur 201

# PRAEFATIO.

Abhinc quinquennium me ad Hippocratis, qui feruntur, libros et delatum et adductum pervolutandos quum haudquaquam lateret editionum, quas ipsi mihi aut esse praesto aut commodari posse intelligebam, omnium pravitas, codicum manu scriptorum, quos nondum collatos cum nostris editionibus assiduissimo exscriberem studio, in hac nostra thesaurorum id genus erubescenda penuria literarumque tam immensa locorum distantia tantum non praepedito commercio, nulla,

quae mihi fieret, copia, desperans quamquam pro tempore novam editionem aliquando subsidiis opulentioribus, quam quae olim affuissent, adornandam Hippocratem tamen mihi ad artis medicinae studia inchoanda sumsi ducem posteaque comitem, cujus simplicitate admirabili et rerum verborumque elegantia praeclara latus tegerem contra spinosiora scriptorum hujus temporis multorum commenta. Ac simplicitatem quidem Hippocratis, medicinae parentis, dignitatemque atque utilitatem quum unusquisque laudare ac praedicare suum esse ducat et vulgatissimum Hippocratis laudandi sit argumentum fere omnium medicorum, dic tamen, amabo, quotusquisque tandem fuerit, qui hisce vetustis atque ingenuis artis medicae fontibus intentus ea, quae feliciter inventa, egregie excogitata, eleganter expressa fuerint, in suum convertat commodum et obscura atque abstrusissima sequiorum temporum commenta, rebus verbisque Hippocratis pressius examinatis, explodat? Nempe gloriantur permulti, se viam ab Hippocrate monstratam esse

ingressos et summam sibi ducere laudem, si aurea illius praecepta adhibuerint; ac ne callent quidem, quid praeceperit. Quod Galeno verius breviusque quum dicere nequeam, ejus verba liceat allegare: *Οἷόν*[a] *τι πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀθλητῶν, ἐπιθυμοῦντες μὲν Ὀλυμπιονῖκαι γενέσθαι, μηδὲν δὲ πράττειν, ὥς τούτου τυχεῖν, ἐπιτηδεύοντες, τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν συμβέβηκεν. Ἐπαινοῦσι μὲν γὰρ Ἱπποκράτην, καὶ πρῶτον ἁπάντων ἡγοῦνται, γενέσθαι δὲ αὐτοὺς ἐν ὁμοίοις ἐκείνῳ, πάντα μᾶλλον ἢ τοῦτο πράττουσι.* Ac ne mirandum quidem est, esse paucissimos, qui nocturna diurnaque manu Graecorum medicorum opera versare velint, quippe[b] quae nostris etiam admodum laborent temporibus medicamque manum, criticis armatam instrumentis, resecandis naevis et luxationibus reponendis aptam valde desiderent. Nam

[a] Chart. II. p. 356. Hanc editionem, quam ipsam non vidi, ex alia tamen editione laudavi. Quod ubi fieri non potuit, Aldinam secutus sum.

[b] Erotiani, Galeni et Herodoti Glossaria in Hipp. ed. Franz. praef. p. 10.

quamvis superiorum memoria saeculorum studium in emendandis atque illustrandis veterum medicorum libris positum a medicis aeque ac criticis prorsus omissum non fuerit, tamen tertio quoque verbo nobis legentibus patet, remansisse locos innumeros mutilatos, cum primis Hippocratis, qui inde a Mackio totum paene jam saeculum recentem praestolatur editorem eumque versutissimum et in Graecis literis exercitatissimum, opem qui ferre possit

Antiquis medicis contra fastidia nostra.

Enimvero Kuehnio, seni amabilissimo, cujus editioni secundum Foesianum typis exscriptae textum et elegantia et forma lenocinantur, laus gloriaque apparatu critico nobiscum communicato large cumulabuntur. Quod ut fiat vitaque suppetat et ipse pie precatur a diis et nos precamur. At quid istuc? Hippocratis etiam interpretes veteres, quibus omnes ii, qui Graeci sermonis non sunt scientissimi, fidem habere coguntur, haud rarenter fallacissimam, plurimorum locorum haud ita difficilium sensum non in-

tellexisse, nedum expressisse testatur J. B. C. d'Ansse de Villoison in epistola ad clarissimum virum Lorry, Parisiensem medicum, de quibusdam Hippocratis, Sophoclis et Theocriti locis p. 3. et p. 13. Mentionem enim ubi injecit loci, qui in libro de aëre, aq. et loc. p. 356. Lind. ita legitur; *οὐ γὰρ φθάνουσι παρὰ ἄνδρα ἀπικνεύμεναι καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχουσι*, quem Calvus, Cornarius, Mercurialis, Lindenus, cujus filius versionem Cornarii textui a patre ubivis audacter emendato adscribendam curavit mirabili sane versionis textusque dissensione, Foesius, Mackius ita exprimunt: Nam hae viris misceri plurimum gaudent in uteroque conceptum continent, a Ramusio[c] et Cliffonio[d] recte perspectum, ita pergit: Hunc errorem ideo notare volui, ut vel ex hoc uno pateret exemplo, quam parum vel in optimis ac celeberrimis acquiescendum sit Hippocratis versionibus latinis,

c Viaggi II. 198. Non cosi tosto s'accostano all' huomo che concepiscono.

d For they no sooner approach a man but they prove with child.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 9 sur 201

quamque illi necessaria sit Graecae linguae intima cognitio, qui summi illius medici, philosophi et scriptoris doctrinam perspectam habere velit. Nec melius Muretus Orat. vol. II. 20. p. 381. istos accipit, qui interpretibus fidunt. Sed illuc unde est digressa, jam redit oratio mea. Coi igitur senis amore semel incensus operum ejus immortalium nunquam deposui lectionem sedulam atque accuratam ne illo ipso quidem tempore, quum plurimas Orientales linguas, quae novo praeceptore apud nos novo studio coeptae sunt addisci, Arabicam prae ceteris edocerer, haud inutilem habitam medico, qui artis suae historiam propter fontium Graecorum atque Arabiorum abjecta fere studia mancam pernoscere penitius atque exponere luculentius vellet, partemque temporum subsecivorum maximam in illis literis consumerem colendis, cujus me nunquam poenituit operae, tametsi in praesenti curarum tantum quasi laxamento iis uti cogar meliore spe fructuque quondam retractandis. Sed posteaquam juvenilis ferocia, quae positos

humano ingenio terminos audacter amat transvolare et concupiscere majora quam datum est homini, aliquantulum deferbuit ad rectam revocata rationem, tenui quoque nulloque novo apparatu critico hunc illumve Hippocratis libellum haud inutiliter neque inepte in experimentum virium, num graviori ferendo forent oneri, posse edi, facile mihi persuasi probatoque meo consilio a Sachsio, doctissimo et humanissimo viro, qui patris praematura morte praeventi mihi explevit munia, et Lobeckio, Academiae Albertinae lumine et decore, quorum laudibus plura dicendo officiam, animum erexi ac, Lobeckio auctore, Hippocratis de morbo sacro libellum edere utcunque constitui, haud immemor operis hujuscemodi difficultatum et reprehensionis doctorum virorum, in quam justam incurrerem, si parum recte saepius judicassem, quibus excusatum me fore putavi ingenii tenuitate viriumque parum adhuc exercitatarum imbecillitate. Atqui opusculum meum quamquam judicio virorum doctorum haud satisfecisse eorumque suffragiis reprobatum esse ac-

cepero, in Hippocrate potissimum, quo viro et quanto, laudem meam esse occasuram meamque operam iri sepultum, laudi mihi ipse apponam.

Scribebam Regimontii in Prussis d. XVI. Jun. mens. MDCCCXXVII.

---

# ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
# ΠΕΡΙ ΙΡΗΣ ΝΟΥΣΟΥ
*ΒΙΒΛΙΟΝ.*

---

## HIPPOCRATIS
# DE MORBO SACRO
## LIBER.

### ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

# ΠΕΡΙ ΙΡΗΣ ΝΟΥΣΟΥ

### ΒΙΒΛΙΟΝ.

---

(324 L.) Περὶ τῆς[a] ἱρῆς νούσου καλεομένης ὧδε[b] ἔχει. οὐδέν τί μοι δοκέει τῶν ἄλλων θειοτέρη εἶναι νούσων οὐδὲ ἱροτέρη, ἀλλὰ φύσιν μὲν ἔχει[c] ἣν καὶ τὰ λοιπὰ νουσήματα ὅθεν γίγνεται. φύσιν δὲ αὐτῇ καὶ πρόφασιν οἱ ἄνθρωποι ἐνόμισαν θεῖον εἶναι ὑπὸ ἀπειρίης καὶ θαυμασιότητος, ὅτι οὐδὲν ἔοικε ἑτέρῃσι νούσοισι. καὶ κατὰ μὲν τὴν ἀπορίην αὐτοῖσι τοῦ μὴ γιγνώσκειν τὸ θεῖον,

[a] *μὲν* deest in Edd. Ald. Froben. Mercurial. [b] *ὧδε*. Edd. reliquae *ὧδ'*. Maittaire Gr. ling. dial. ed. Sturz. Lips. 1808. p. 133. [c] *ἔχειν* Lind. et Mack. Reliq. edd. *ἔχει*. Totus locus in Cod. Imp. Vin-

BIBLIOTHÈQUE DE LA FACULTÉ de MÉDECINE DE PARIS

# HIPPOCRATIS

# DE MORBO SACRO

## LIBER.

De morbo, quem vocant sacrum, mea sic est ratio. Nihil quicquam mihi videtur ceteris nec magis divinus nec sacer esse morbis, sed naturam habere originis eandem, quam morbi reliqui. Putaverunt vero homines, naturam et causam ei esse divinam ob imperitiam et admirabilitatem, quoniam nulla intercedat ipsius cum ceteris morbis similitudo. Atque ob difficultatem quidem,

dob. IV. ita legitur: *ἀλλὰ φύσιν μὲν ἔχει, καὶ τὰ λοιπὰ νουσήματα, ὅθεν γίνεται· φύσιν δὲ αὐτῇ καὶ πρόφασιν· οἱ δ' ἄνθρωποι θεῖόν τι πρῆγμα ἐνόμισαν ὑπὸ ἀπειρίης.*



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 15 sur 201

αὐτῇ διασώζεται, κατὰ δὲ τὴν εὐπορίην τοῦ τρόπου τῆς ἰήσιος ἰῶνται· ἀπολύονται γὰρ ἢ καθαρμοῖσι ἢ ἐπαοιδῇσι[d]. Εἰ δὲ διὰ τὸ θαυμάσιον θεῖον νομιεῖται, πουλλὰ τὰ ἱρὰ νουσήματα ἔσται καὶ οὐχὶ ἕν· ὡς ἐγὼ ἀποδείξω ἕτερα οὐδὲν ἧσσον ἐόντα θαυμάσια οὐδὲ τερατώδεα ἃ οὐδεὶς νομίζει ἱρὰ εἶναι· τοῦτο μὲν γὰρ οἱ πυρετοὶ οἱ ἀμφημερινοὶ καὶ οἱ τριταῖοι καὶ οἱ τεταρταῖοι οὐδὲν ἧσσόν μοι δοκέουσι ἱροὶ εἶναι καὶ ὑπὸ θεοῦ γίγνεσθαι ταύτης τῆς νούσου, κἢν οὐ θαυμασίως[e] ἔχωσι· τοῦτο δὲ ὁρέω μαινομένους ἀνθρώπους καὶ παραφρονέοντας ἀπὸ μηδεμιῆς προφάσιος ἐμφανέος, (325) καὶ πουλλά τε ἅμα καὶ ἄκαιρα ποιέοντας, ἔν τε τῷ ὕπνῳ οἶδα πουλλοὺς οἰμώζοντας καὶ βοῶντας, τοὺς δὲ καὶ πνιγομένους, τοὺς δὲ καὶ ἀναΐσσοντάς τε καὶ φεύγοντας ἔξω καὶ παραφρονέοντας, μέχρις ἂν ἐξεγρέωνται[f], ἔπειτα δὲ καὶ ὑγιέας ἐόντας καὶ φρονέοντας ὥςπερ τὸ[g] πρότερον, ἐόντας τε αὐτοὺς ὠχρούς τε καὶ ἀσθενέας, καὶ ταῦτα οὐκ ἅπαξ, ἀλλὰ πουλλάκις, ἄλλα[h] τε πουλλά

d *ἐπαοιδῇσιν* publicati libri omnes. Gregor. Corinth. ed. Schaefer. p. 669. e *θαυμάσιον* Lind. et Mack. f *ἐξεγειρέωνται* Froben. Mercur. Mack. *ἐξε-*

quam propter non potest iis perspici, divina ei conservatur origo, verum facillima medendi ratione ei medentur; piaculis enim et cantionibus defunguntur. Sin vero propter indolem mirabilem existimabitur divinus, multi futuri sunt morbi sacri, non unus; quippe enim alios nihil mirabiles minus nec portentosos depromam morbos, quos nemo putat esse sacros. Namque tum febres quotidianae et tertianae et quartanae nihil minus hoc morbo mihi videntur esse sacrae et a deo repetere originem, etiamsi miraculis deficiantur: tum homines a nulla causa manifesta furibundos ac desipientes multaque simul absurda et praepostera perpetrantes conspicio; dein multos secundum quietem scio suspirare et vociferari, alios anima intercludi, alios exilire atque aufugere foras et desipere, donec suscitentur, postea vero esse sanos et mentis compotes ut antehac et esse illos vepallidos et imbecilla valetudine, idque haud semel, sed saepius accidere. Praeterea multa sunt alia

γείρωνται Lind. ἐξεγρέωνται expp. Ald. et Vatic. [g] ὥςπερ καὶ πρότερον Fevr. et Imp. Samb. [h] ἀλλὰ πολλά ἐστι expp. Ald. et Vat.

ἐστι καὶ παντοδαπὰ, ὧν ἕκαστον[i] λέγειν πουλὺς ἂν εἴη λόγος.

Ἐμοὶ δὲ δοκέουσι οἱ πρῶτοι τοῦτο τὸ νούσημα ἀπιερώσαντες[k] τοιοῦτοι εἶναι ἄνθρωποι οἷοι καὶ νῦν εἰσι μάγοι τε καὶ καθάρται καὶ ἀγύρται καὶ ἀλαζόνες, ὁκόσοι δὴ προσποιέονται σφόδρα θεοσεβέες εἶναι καὶ πλέον τι εἰδέναι. οὗτοι τοίνυν παραμπεχόμενοι καὶ προβαλλόμενοι τὸ θεῖον τῆς ἀμηχανίης, διὰ[l] τὸ μὴ ἴσχειν ὅ, τι προσενέγκαντες ὠφελήσουσι, ὡς μὴ κατάδηλοι ἔωσι οὐδὲν ἐπιστάμενοι, ἱρὸν ἐνόμισαν τοῦτο τὸ πάθος εἶναι καὶ λόγους ἐπιλέξαντες ἐπιτηδέους τὴν ἴησιν κατεστήσαντο ἐς τὸ ἀσφαλὲς σφίσι ἑωυτοῖσι, καθαρμοὺς προσφέροντες καὶ ἐπαοιδὰς, λουτρῶν τε ἀπέχεσθαι κελεύοντες καὶ ἐδεσμάτων πουλλῶν καὶ ἀνεπιτηδέων ἀνθρώποισι νοσέουσι ἐσθίειν, θαλασσίων μὲν τρίγλης καὶ μελανούρου, κεστρέος, ἐγχέλυος — οὗτοι γὰρ οἱ ἰχθύες εἰσὶ ἐπικαιρότατοι — κρεέων δὲ αἰγείου καὶ ἐλαφείου καὶ χοιρείων καὶ κυνὸς — ταῦτα γὰρ κρεέων ταρακτικώτατά[m] ἐστι τῆς κοι-

[i] ὧν περὶ ἑκάστου Lind. Mack. ex Imp. Samb. [k] ἀφιερώσαντες αὐτοὶ τοιοῦτοι Fevr. Imp. Samb. [l] διὰ conjeci intercidisse. [m] τεραστικώτατα Ald. et Me-

eaque varia, quae dinumerare singula longum est.

At enim, qui primi hunc morbum declararunt esse sacrum, tales mihi fuisse videntur, quales hodieque sunt magi, expiationum auctores, mendici circumforanei et praestigiatores, qui se summopere religiosos sapientioresque esse simulant. Quapropter isti, praetexta et praetenta inscitiae divinitate, quum non haberent, quae medicamenta proficerent admota, ne patefactam suam rerum omnium haberent inscitiam, hunc morbum putaverunt esse sacrum et commodis adjectis rationibus sibi ipsis in tuto collocarunt curationem, quippe qui piaculis ac cantionibus utantur atque imperent, ut abstineatur balneis multisque cibis, aegrotantibus hominibus inimicis, inter marina animalia, mullo, melanuro, mugili (cestreo) anguilla — namque hi pisces sunt gravissimi — inter carnes autem, caprina, cervina, suilla, catulina — namque hae carnes

dic. expp. adpicto asterisco, mendi nota. Iccirco Calvus haec verba non expressisse videtur.

λίης — ὀρνίθων δὲ ἀλεκτρυόνος καὶ τρυγόνος, ὠτίδος, ἔτι δὲ ὅσα νομίζεται ἰσχυρότατα εἶναι, λαχάνων δὲ μίνθης, σκορόδου καὶ κρομύου — δριμὺ γὰρ ἀσθενέοντι οὐδὲν ξυμφέρει — ἱμά- (326) τιον δὲ μέλαν μὴ ἔχειν — θανατῶδες γὰρ τὸ μέλαν — μηδὲ ἐν αἰγείῳ κατακέεσθαι δέρματι, μηδὲ φορέειν, μηδὲ πόδα ἐπὶ ποδὶ ἔχειν, μηδὲ χεῖρα ἐπὶ χειρὶ — ταῦτα γὰρ πάντα κωλύματα εἶναι.

Ταῦτα δὲ πάντα τοῦ θείου εἵνεκεν προςτιθέασι ὡς πλέον τι εἰδότες καὶ ἄλλας προφάσιας προλέγοντες, ὅκως εἰ μὲν ὑγιὴς γένοιτο, αὐτῶν ἡ δόξα εἴη καὶ ἡ δεξιότης, εἰ δὲ ἀποθάνοι, ἐν ἀσφαλέϊ κατισταῖντο αὐτῶν αἱ ἀπολογίαι καὶ ἔχοιεν πρόφασιν ὡς οὐκ[n] αἴτιοί εἰσι αὐτοὶ, ἀλλὰ οἱ θεοί. οὔτε γὰρ φαγέειν οὔτε πιέειν ἔδοσαν φάρμακον οὐδὲν, οὔτε λουτροῖσι κατήψησαν, ὥςτε δοκέειν αἴτιον[o] εἶναι. Ἐγὼ δὲ δοκέω, Λιβύων τῶν τὴν μεσόγειον οἰκεόντων οὐδένα ὑγιαίνειν, ὅτι[p] ἐν αἰγείοισι δέρμασι κατακέονται καὶ κρέεσσι αἰγείοισι χρέονται, ἐπεὶ οὐκ

[n] *οὐδὲν* Fevr. Imp. Samb. *οὐκέτι* Cod. Med. [o] *αἴτιοι* Serv. e MSS. [p] *ὅτι ἐν αἰγείοισι δέρμασι καὶ κρέασιν, εἵνεκά γε ὡς οὐκ* etc. in Ald. sine ullo sensu

stomachum maximopere sollicitant — inter aves, gallo, turture, otide atque illis, quae putantur esse crudissimae, inter olera denique, mentha, allio, caepa — namque acre nihil conducit aegrotanti. Atque adeo, ut ne veste se amiciant atra, interdicunt, — ater enim color feralis — neu in pelle caprina aut decumbant aut eam gestent, neu pedem pedi, neu manui manum superponant: illa enim omnia interpellare medentem.

His nimirum omnibus divinitatis causa adiectis, ut si sapientia antecellant, alias insuper praenuntiant causas, ut, si convaluerint, illud ad ipsorum laudem atque artem accedat, sin vero occubuerint, in tuto habeant positas ipsorum excusationes, quibus culpam suam in deos amoliantur, siquidem ipsi nullum dederunt medicamentum nec comedendum nec epotandum, neque exhausere vires balneis, ut illarum rerum alicui culpa queat imputari. Ego vero mediterraneorum Libyum opinor nullum unum esse sanum, qui in caprinis pellibus

legitur. *κατακείονται — χρῶνται* desunt in Cod. Med. qui ea, quae sequuntur, ita scribit: *εἵνεκά γε οὐκ ἔχουσιν. ὅτι ἐπ' αἰγείοισι δέρμασι κατακέονται* Imp. Samb.

ἔχουσι οὔτε στρῶμα οὔτε ἱμάτιον οὔτε ὑπόδημα ὅ,τι μὴ αἴγειόν ἐστι· οὐ γάρ ἐστι αὐτοῖσι ἄλλο προβάτιον[q] οὐδὲν ἢ αἶγες καὶ βόες. εἰ δὲ ταῦτα προςφερόμενα καὶ ἐσθιόμενα τὴν νοῦσον αὔξει[r] καὶ μὴ ἐσθιόμενα ἶῆται, οὐκ ἔστι ἄρα ὁ θεὸς αἴτιος οὐδενὸς, οὐδὲ οἱ καθαρμοὶ ὠφελέουσι, ἀλλὰ τὰ ἐδέσματα τὰ ἰώμενά τε καὶ βλάπτοντα[s], τοῦ δὲ θείου ἀφανίζεται ἡ δύναμις. Οὕτως οὖν ἔμοιγε δοκέουσι, οἵ τινες τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐγχειρέουσι ἶῆσθαι ταῦτα τὰ νουσήματα, οὔτε ἱρὰ νομίζειν εἶναι οὔτε θεῖα. ὅκου γὰρ ὑπὸ καθαρμῶν τοιούτων μετάστατα γίγνεται καὶ ὑπὸ θεραπηΐης τοιῆςδε, τί κωλύει καὶ ὑπ' ἑτέρων τεχνημάτων ὁμοίων (327) τούτοισι ἀπογίγνεσθαι τοῖσι ἀνθρώποισι καὶ προςπίπτειν; ὥςτε μηκέτι τὸ θεῖον αἴτιον εἶναι, ἀλλά τι ἀνθρώπινον. ὅςτις γὰρ οἷός τε περικαθαίρων καὶ μαγεύων ἀπάγειν τοιοῦτον πάθος, οὗτος κἂν ἀπάγοι[t] ἕτερα τεχνησάμενος, πάντως κἂν[u] τούτῳ τῷ λόγῳ τὸ

[q] πρόβατον Mack. scilicet Galenum secuturus in Comment. I. in Hipp. libr. de artic. Ald. V. p. 273.
[r] τίκτει τε αὔξει Ald. τίκτῃ τε καὶ αὔξει expp. Vat. Merc. in margine. τίκτει τε καὶ αὔξει Lind, qui τίκτῃ,

decumbant et carnibus caprinis vescantur nec stragulis nec vestibus nec calceamentis aliis utantur quam caprinis; nam praeter capras et boves alia iis sunt nulla nec pecora nec armenta. Quibus cibis et capessitis et comestis si exasperatur morbus, a coena vero exclusis persanatur, nec, hercle, deus quaquam tenetur culpa, nec sunt remedio piacula, sed cibaria et medentur et nocent, numinis vi plane sublata. Itaque quicunque ista ratione his morbis mederi instituunt, illos nec sacros nec divinos mihi videntur ducere; qui enim iis profligantur morbi piaculis talique cedunt curationi, quid impedit, ne aliis artificiis istis consimilibus et depellantur et infligantur, ut non amplius divinam, sed humanam quandam prae se ferant rationem? Nam quicunque potest fugare talem morbum lustrando et fascinando, is sane etiam aliis propulsabit machinationibus; qua ratione divini numinis perit auctoritas. Ita vero dum loquun-

ut Mackius dicit, non correxit, sed in Aldina jam invenit exaratum. [s] τὰ Ald. haud perperam. [t] Ita, credo, recte emendavi. Vet. edd. ἐπάγῃ. Lind. ἀπάγῃ. [u] κἂν edd. vet. καὶ Lind.

θεῖον ἀπόλλυται[x]. Τοιαῦτα λέγοντες καὶ μεμηχανευμένοι προςποιέονται πλέον[y] τι εἰδέναι καὶ ἀνθρώπους ἐξαπατέουσι προςτιθέμενοι τούτοισι ἁγνείας τε καὶ καθαρότητας[z], ὅτι[a] ὁ πουλὺς αὐτοῖσι τοῦ λόγου ἐς τὸ θεῖον ἀπήκει καὶ τὸ δαιμόνιον. καίτοι ἔμοιγε οὐ περὶ εὐσεβείης δοκέουσι[b] τοὺς λόγους ποιέεσθαι, ὡς οἴονται, ἀλλὰ περὶ δυσσεβείης μᾶλλον, καὶ ὡς οἱ θεοὶ οὐκ εἰσὶ, τό τε εὐσεβὲς[c] καὶ θεῖον αὐτῶν ἀσεβὲς καὶ ἀνόσιόν ἐστι, ὡς ἐγὼ διδάξω. εἰ γὰρ σελήνην τε καταιρέειν καὶ ἥλιον ἀφανίζειν χειμῶνά τε καὶ εὐδίην ποιέειν καὶ ὄμβρους καὶ αὐχμοὺς καὶ θάλασσαν ἄφορον καὶ γῆν καὶ τἄλλα τὰ τοιουτότροπα πάντα ἐπιδέχονται ἐπίστασθαι, εἴτε καὶ ἐκ τελετέων εἴτε καὶ ἐξ ἄλλης τινὸς γνώμης ἢ μελέτης φασὶ οἷοί τε εἶναι οἱ ταῦτα ἐπιτηδεύοντες, δυσσεβέειν ἔμοιγε δοκέουσι καὶ θεοὺς οὔτε εἶναι νομίζειν οὔτε ἐόντας ἰσχύειν οὐδὲν οὔτε εἴργεσθαι ἂν οὐδενὸς τῶν ἐσχάτων ποιέοντες[d]. Ὧν[e] εἵνεκά

[x] ἀπολύεται Imp. Samb. Mack. [y] πλέον deest in Imp. Samb. [z] καθαρότητος Cod. Med. [a] ὅτε πουλὺ cdd. vet. At ὅτε πουλὺς Ald. unde mutilatum revocavi Graecismum, interposito articulo. Ὅτι legendum censui esse. [b] μᾶλλον falso hic loci inserit Aldina. [c] εὐσεβὲς et postea ἀσεβὲς omissa in Codd. MSS. retulit

tur ac machinantur, se scientia longe praestare reliquos simulant hominesque circumveniunt imperatis expiationibus ac lustrationibus, quia omnis fere eorum sermo ad deos daemonasque redit. Attamen mihi non propter pietatem, ut opinantur ipsi, ita loqui videntur, verum propter impietatem potius deosque non esse quasi ponentes, eorumque pietati et religioni rectius, ut probabo, indimus nomina impietatis et improbitatis. Nam si lunam deducere solemque obscurare, tempestuosum et sudum facere coelum et imbres et siccitates et mare sterile aeque ac terram reddere et cetera id genus se callere profitentur, si ex initiationibus sive ex alio quodam consilio seu meditatione, qui illis rebus vacant, vim tantam se nactos esse adseverent, impii esse mihi videntur et deos neque esse credere neque, ut sint, quicquam valere nec sibi temperaturi

Serv. [d] *ποιέοντες εἵνεκά γε* Ald. Frob. Asterisco in ora notatur locus. *ποιέοντες*, [*ὅν* in margine] *εἵνεκά γε* Merc. *ποιέοντας* Membb. Vatic. Serv. e MSS. quam lectionem Calvus expressit, laudavit Foesius, recepere Lind. et Mack. [e] *ὅν* Codd. Vatt. Cod. Med. ante hoc pronomen puncto distinguentes.

γε πῶς οὐ δεινοὶ ἄρα αὐτοῖσί εἰσι; Εἰ γὰρ ἄνθρωπος μαγεύων τε καὶ θύων σελήνην τε καταιρήσει καὶ ἥλιον ἀφανιεῖ καὶ χειμῶνα καὶ εὐδίην ποιήσει, οὐκ ἂν ἔγωγέ τι θεῖον νομίσαιμι τούτων εἶναι, ἀλλὰ ἀνθρώπινον[f], εἰ δὴ τοῦ θείου ἡ δύναμις ὑπὸ ἀνθρώπου γνώμης κρατέεται καὶ δεδούλωται.

Ἴσως δὲ οὐκ οὕτως (328) ἔχει ταῦτα, ἀλλὰ ἄνθρωποι βίου δεόμενοι πουλλὰ καὶ παντοῖα τεχνέονται καὶ ποικίλλουσι ἔς τε τἄλλα πάντα καὶ ἐς τὴν νοῦσον ταύτην ἑκάστῳ εἴδεϊ τοῦ πάθεος θεῷ τὴν αἰτίην προστιθέντες· οὐ γὰρ κατάπαξ, ἀλλὰ πλεονάκις ταὐτὰ μέμνηνται[g]. κἢν μὲν γὰρ αἶγα μιμῶνται, κἢν βρυχῶνται[h], κἢν τὰ δεξιὰ σπῶνται, Μητέρα θεῶν φασι αἰτίην εἶναι· ἢν δὲ ὀξύτερον καὶ εὐτονώτερον φθέγγηται, ἵππῳ εἰκάζουσι καί φασι Ποσειδῶνα αἴτιον εἶναι· ἢν δὲ καὶ τῆς κόπρου τι παρίῃ, ὃ πουλλάκις τισὶ γίγνεται ὑπὸ τῆς νούσου βιαζομένοισι, Ἐνοδίου[i] προσκέεται ἡ προσωνυμίη· ἢν δὲ λεπτότερον καὶ πυκνό-

f. ἀνθρώπειινον Serv. g μεμίμηνται Lind. μεμίηνται Fevr. Samb. h βρήχωνται Ald. male. βληχῶνται, quod Foesius invenit, recepere Lind. et Mack.

esse, quominus ultimum committant facinus. Quae quum ita sint, quî non sunt iis infensi? Nam si homines carminibus et sacrificiis deducent lunam solemque obscurabunt et tempestatem et sudum efficient, equidem horum nihil ducam esse divinum, sed humanum, siquidem vis divina humano consilio vincitur et perdomatur.

At vero forsitan, opinor, haec non ita se habent, sed homines victus indigentes multa et varia machinantur et vaferrime quum in ceteris tum in hoc morbo se gerunt uniuscujusque speciei causam deo alicui adsignantes; non enim semel, sed saepenumero eadem comminiscuntur. Etenim aegroti si capram imitentur sive mutiant sive dextrorsum convellantur, Matrem Magnam ajunt esse auctorem; sin vociferentur acutius et contentius, equo conferentes Neptunum ajunt auctorem esse. Inscii vero si quid stercoris dejiciant, id quod saepe quibusdam morbo violenter vexatis accidit, a Trivio (Mercurio) nomen derivant; sin vero

*βρύχωνται* rel. edd. [i] *ἐν ὀδίης οὐ πρόσκειται* Ald. asterisco his verbis superscripto. Mackius forte legi posse dicit *Ἐνοδίης*. *Ἐνοδείης* Cod. Med.

τερον, οἷον ὄρνιθες, Ἀπόλλων Νόμιος· ἢν δὲ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀπίῃ καὶ τοῖσι ποσὶ λακτίζῃ, Ἄρης τὴν αἰτίην ἔχει. ὁκόσα δὲ δείματα νυκτὸς παρίσταται καὶ φόβοι καὶ παράνοιαι καὶ ἀναπηδήσιες ἐκ τῆς κλίνης καὶ φόβητρα καὶ φεύξιες ἔξω, Ἑκάτης φασὶ εἶναι ἐπιβουλὰς καὶ ἡρώων ἐπόδους, καθαρμοῖσί τε χρέονται[k] καὶ ἐπαοιδῇσι, καὶ ἀνοσιώτατόν γε καὶ ἀθεώτατον[l] ποιέουσι, ὥς ἔμοιγε δοκέει, τὸ θεῖον. καθαίρουσι γὰρ τοὺς ἐχομένους τῇ νούσῳ, αἵμασι καὶ τοῖσι ἄλλοισι τοιούτοισι[m] μιάσμασι ἢ[n] ἔχοντας ἀλάστορας ἢ πεφαρμαγμένους[o] ὑπὸ ἀνθρώπων ἤ τι ἔργον ἀνόσιον ἐργασμένους[p], τοὺς[q] ἐχρῆν τἀναντία τούτοισι ποιέειν, θύειν τε καὶ εὔχεσθαι καὶ ἐς τὰ ἱρὰ φέροντας[r] ἱκετεύειν τοὺς θεούς. νῦν δὲ τούτων μὲν ποιέουσι οὐδὲν, καθαίρουσι δέ. καὶ τὰ μὲν τῶν καθαρμῶν γῇ κρύπτουσι, τὰ δὲ (329) ἐς θάλασσαν ἐμβάλλουσι, τὰ δὲ ἐς τὰ οὔρεα ἀποφέρουσι, ὄκη μηδεὶς ἅψεται[s] μηδὲ ἐπι-

[k] χρέωνται Ald. pari iure. [l] ἀντεόνθεον a Foesio dicitur legisse Erotianus. [m] τοῖσι ἄλλοισι τοῖσι τοιούτοισι ὥσπερ μιάσμασι Ald. τοῖσι ἄλλοισι τοῖσι Frob. Merc. Foes. καὶ τοῖσι τοιούτοισι Lind. τοῖσι ἄλλοισι τοιούτοισι Serv. e MSS. Mack. [n] ἢ scripsi ante ἔχοντας. ἐχομένους Corn. [o] πεφραγμένους Ald. [p] ἠρ-

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 28 sur 201

argutius altiusque, sicut aves, Apollinem Nomium; spumas autem si ore agant pedibusque recalcitrent, Mars habet causam. Et quotquot formidines in quiete obversantur et quotiescunque propter terrores et delirationes terriculis perculsi exsiliunt lectulo forasque aufugiunt, Hecatas dicunt esse insidias heroumque tentationes atque utuntur piaculis et cantionibus; itaque, ut mea quidem fert opinio, divinum faciunt numen et improbissimum et scelestissimum. Lustrant enim afflictatos morbo sacro et parricidiis obstrictos et nefariis id genus facinoribus reliquis pollutos vel exagitatos Furiis vel ab hominibus effascinatos vel scelere nefando contactos, qui ea facere, quae sunt his contraria, debebant, sacrificare et precari atque, in templa quum deduxissent, diis supplicare. Utique horum nihil faciunt, sed piacularia instituunt ac purgamenta partim in terram defodiunt,

γασμένους Merc. εἰργασμένους Serv. e MSS. Samb. Lind. Mack. [q] τοὺς Ald. οὓς reliq. [r] φέροντας — ἀποδοῦναι, ultimo verbo excluso, desiderantur in Cod. Med. [s] Restitui futura tempora. ἅψηται καὶ ἐπιβήσηται editi libri omnes.

βήσεται. τὰ δὲ ἐχρῆν ἐς τὰ ἱρὰ φέροντας τῷ θεῷ ἀποδοῦναι, εἰ δὴ θεός γέ ἐστι αἴτιος. οὐ μέν τοι ἔγωγε ἀξιῶ ὑπὸ θεοῦ ἀνθρώπου σῶμα μιαίνεσθαι, τὸ ὑποκηρότατον[t] ὑπὸ τοῦ ἁγνοτάτου. ἀλλὰ κἢν τυγχάνῃ ὑπὸ ἑτέρου μεμιασμένον ἤ τι πεπονθὸς, ἐθέλοι ἂν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καθαίρεσθαι καὶ ἁγνίζεσθαι μᾶλλον ἢ μιαίνεσθαι. τὰ γοῦν μέγιστα τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ἀνοσιώτατα τὸ θεῖόν ἐστι τὸ καθαῖρον καὶ[u] ἁγνίζον καὶ ἔρυμα[x] γενόμενον ἡμῖν, αὐτοί τε οὔρους τοῖσι θεοῖσι τῶν ἱρῶν καὶ τῶν τεμενέων ἀποδεικνύμενοι, ὡς ἂν μηδεὶς ὑπερβαίνοι[y], εἰ[z] μὴ ἁγνεύοι, ἐσιόντες [τε][a] περιῤῥαινόμεθα οὐκ ὡς μιαινόμενοι, ἀλλὰ εἴ[b] τι καὶ πρότερον εἴχομεν[c] μύσος, τοῦτο ἀπαγνιούμενοι[d]. καὶ περὶ μὲν τῶν καθαρμῶν οὕτω μοι δοκέει ἔχειν.

Τὸ δὲ νούσημα τοῦτο οὐδέν τί μοι δοκέει θειότερον εἶναι τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ φύ-

[t] ἐπικηρότατον Cod. Med., quod Schneiderus in Lexico detortum in ἐπικαιρότατον esse rectius dicit. [u] καὶ deest in Imp. Samb. [x] ἔρημα Ald. male. [y] ὑπερβαίνῃ Serv. e MSS. Lind. [z] ἢ Ald. Frob. Merc. Foes. Lectionem a me comprobatam habent Serv.

partim mari injiciunt, partim in montes asportant, necubi attrectentur neve proterantur pedibus, quae, si deus auctor esset, in templa ferre et deo debebant consecrare. Ego vero nequaquam arbitror hominis corpus contaminari a deo, a sanctissimo vitiosissimum, sed potius si quando ab alio contaminatum vel si quid perpessum fuerit, a deo perpurgari expiarique magis voluerit quam contaminari. Itaque maxima atque improbissima peccata deus et perpurgat et expiat, qui nobis propugnaculi loco est ac nosmet ipsi, qui deorum templa lucosque circumsepsimus terminis, quos nemo alius, quam qui sit lustratus, transgrediatur, introeuntes conspergimur, non ut contaminati, sed, si quam labem antea sustinuerimus, ut illam luamus. Atque haec quidem piaculorum esse mihi videtur ratio.

Hic vero morbus nihil reliquis divinior, sed ejusdem ac ceteri morbi esse naturae vi-

e MSS. Imp. Samb. Lind. Mack. [a] *τε* uncis inclusi loco suo, ut videtur, exterminandum. [b] *ἀλλ' ἔτι* Cod. Med. [c] *ἔχομεν* editi et MSS. libri omnes. [d] *ἀφαγνιούμενοι* Ald. Merc. Lind. Serv. e MSS. expp. Vatic.

σιν μὲν ἔχει[e] ἣν καὶ τὰ ἄλλα νουσήματα καὶ πρόφασιν ὅθεν ἕκαστα γίγνεται· φύσιν δὲ τοῦτο καὶ πρόφασιν ἀπὸ τωὐτοῦ τὸ θεῖον γίγνεσθαι, ἀπ᾽ ὅτεο καὶ τἄλλα πάντα καὶ ἰητὸν εἶναι καὶ οὐδὲν ἧσσον ἑτέρων, ὅταν[f] μὴ ἤδη ὑπὸ χρόνου πουλλοῦ καταβεβιασμένον ἔῃ, ὥςτε ἤδη εἶναι ἰσχυρότερον τῶν φαρμάκων τῶν προςφερομένων.

Ἄρχεται δὲ ὥςπερ καὶ τἄλλα νουσήματα κατὰ γένος. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ φλεγματώδεος φλεγματώδης καὶ ἐκ χολώδεος χολώδης γίγνεται καὶ ἐκ φθινώδεος φθινώδης καὶ ἐκ σπληνώδεος σπληνώδης, τί κωλύει, ὅτεο πατὴρ καὶ μήτηρ εἴχετο τούτῳ τῷ νουσήματι, τούτῳ καὶ τῶν[g] ἐγγόνων ἔχεσθαί τινα; ὡς ὁ γόνος (330) ἔρχεται πάντοθεν τοῦ σώματος ἀπό[h] τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός. Ἕτερον δὲ μέγα τεκμήριον ὅτι οὐδὲν θειότερόν ἐστι τῶν λοιπῶν νουσημάτων· τοῖσι γὰρ φλεγματώδεσι φύσι γίγνεται, τοῖσι δὲ χολώδεσι

[e] ἔχειν Lind. [f] ὅτι μὴ Ald. Frob. Merc. Foes. Lind. ὅτι ἂν μὴ Samb. Merc. in margine. Mack. Scripsi ὅταν. [g] ἐκ τῶν ἐγγόνων Fevr. Samb. Lind. Mack. [h] ἣν μὲν οὖν ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν, ὑγιηρός· εἰ δὲ ἀπό τε

detur neque aliam habere causam quam quilibet alii unde oriatur, atque illum divinum, quem vocant, morbum repetere naturam causamque suam ex eodem fonte existimo cum ceteris omnibus atque esse sanabilem haud minus aliis, nisi jam longinquitate temporum ita inveteraverit, ut remediis, quaecunque ipsi adhibeantur, contumaciter repugnet.

Exoritur autem sicuti reliqui morbi secundum propinquitatem atque hereditatem. Etenim si suscipitur a patre pituitoso pituitosus et biliosus a bilioso et a phthisico phthisicus et lienosus a lienoso, quid impedit, patre matreque illo morbo implicitis, ne quis prognatorum eodem aegrotet, quoniam semen e corporis partibus undique destillet e sanis sanum, morbosum e morbosis. Deinde alterum grave est argumentum, nihil reliquis morbis sacrum morbum esse diviniorem, quod natura pituitosos corripiat, biliosos vero praetergredia-

τῶν etc. expp. Vat. Ferr. Merc. in margine. εἰ μὲν οὖν ἀπὸ ὑγιηρῶν, ὑγιηρὸς, εἰ δ' ἐκ νοσερῶν, νοσερός. Cod. Med. ἢν μὲν οὖν ἀπὸ τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς καὶ ἐκ τῶν νοσερῶν νοσερός. Serv. e MSS.

οὐ προςπίπτει. Καίτοι εἰ θειότερόν ἐστι τῶν ἄλλων, τοῖσι[i] ἅπασι ὁμοίως ἔδεε γίγνεσθαι τὴν νοῦσον ταύτην καὶ μὴ διακρίνειν μήτε χολώδεα μήτε φλεγματώδεα. Ἀλλὰ γὰρ αὐτοῖσι αἴτιος ὁ ἐγκέφαλος τούτου τοῦ πάθεος ὥςπερ καὶ τῶν ἄλλων νουσημάτων τῶν μεγίστων. ὁτέῳ δὲ τρόπῳ καὶ ἐξ οἵης προφάσιος γίγνεται, ἐγὼ φράσω σαφέως.

Ὁ ἐγκέφαλος τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ διπλόος ὥςπερ καὶ τοῖσι ἄλλοισι ζώοισι ἅπασι. τὸ δὲ μέσον αὐτοῦ διαιρέει μῆνιγξ λεπτή· διότι οὐκ αἰεὶ κατὰ τωὐτὸ τῆς κεφαλῆς ἀλγέει, ἀλλὰ ἐν μέρεϊ ἑκάτερον, ὁτὲ δὲ ἅπασα. καὶ φλέβες δὲ[k] ἐς αὐτὸν τείνουσι ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος πουλλαὶ καὶ λεπταὶ, δύο δὲ παχέαι, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥπατος, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ σπληνός. καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὧδε ἔχει. τὸ μέν τι[l] τῆς φλεβὸς κάτω τείνει διὰ τῶν ἐπὶ δεξιὰ παρὰ αὐτὸν τὸν νεφρὸν καὶ τὴν ψύην[m] ἐς τὸ ἐντὸς τοῦ μηροῦ καὶ κατήκει ἐς τὸν πόδα καὶ καλέεται κοίλη φλέψ· ἡ δὲ ἑτέρη ἄνω τείνει διὰ φρενῶν[n]

i τοῖσιν editi libri omnes. Conjectura quam adsecutus sum, recipi lectionem τούτοισι vetatur de aër. aq. et loc. p. 358. k Legi δέ. Libri omnes τε, quod quamquam πλεονάζει παρ' αὐτοῖς καὶ παρέλκει (Greg.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 34 sur 201

tur. Atqui si reliquis esset divinior, hos omnes illo morbo oportebat corripi pari modo nec distingui a bilioso pituitosum. Sed enimvero iis cerebrum hujusce mali stirps est, sicut reliquorum morborum, qui habentur maximi. Quod quo tandem modo qualique e causa exoriatur, luculenter exponam.

Duplex est cerebrum juxta homini ac ceteris animalibus omnibus, quod disjungit medium tenuis membrana; quare non sempiterno ejusdem capitis partis, verum alternis, modo alterutrius lateris, modo totius compungimur dolore. Ac venae illuc tendunt e toto corpore et multae et tenues, duae autem amplae, quarum altera e jecinore, e liene altera profluit. Quae jecore emergit, hunc in modum dispertitur. Namque venae quaedam pars dextrum latus renum propter ipsum lumbosque ubi praeterfluxit, deorsum ad interna vergit femoris atque ad pedem descendit

Corinth. p. 412.), ita nunquam reperitur. [l] τοι librorum, quos habui, omnium consensu, praeter Foesianam recens Lipsiae excusam editionem, quae τι habet. [m] ψόηυ Cod. Med. [n] Emendasse mihi videor hunc

τῶν δεξιῶν καὶ τοῦ πλεύμονος· ἀπέσχισται δὲ καὶ ἐς τὴν καρδίην καὶ ἐς τὸν βραχίονα τὸν δεξιόν. τὸ δὲ λοιπὸν ἄνω φέρει διὰ τῆς κληῗδος ἐς τὰ δεξιὰ τοῦ αὐχένος ἐς[o] αὐτὸ τὸ δέρμα, ὥστε κατάδηλός ἐστι. παρὰ δὲ τὸ οὖς κρύπτεται καὶ ἐνθαῦτα σχίζεται καὶ τὸ μὲν παχύτατον καὶ μέγιστον καὶ κοιλότατον ἐς τὸν ἐγκέφαλον τελευτᾷ, τὸ δὲ ἐς (331) τὸ οὖς τὸ δεξιὸν, φλέβιον λεπτὸν, τὸ δὲ ἐς τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν, τὸ δὲ ἐς τὸν μυκτῆρα. Ἀπὸ μὲν τοῦ ἥπατος οὕτως ἔχει τῶν φλεβῶν. διατέταται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς φλὲψ ἐς τὰ ἀριστερὰ καὶ κάτω καὶ ἄνω, ὥςπερ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, λεπτοτέρη δὲ καὶ ἀσθενεστέρη. κατὰ ταύτας δὲ τὰς φλέβας καὶ ἐσαγόμεθα[p] τὸ πουλὺ τοῦ πνεύματος· αὗται γὰρ ἡμέων[q] εἰσὶ ἀναπνοαὶ τοῦ σώματος, τὸν ἠέρα ἐς σφέας ἕλκουσαι καὶ ἐς τὸ σῶμα τὸ λοιπὸν ὀχετεύουσαι, καὶ κατὰ τὰ φλέβια καὶ ἀναψύχουσι καὶ πάλιν ἀπιᾶσι. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ πνεῦμα στῆναι, ἀλλὰ χωρέει ἄνω καὶ κάτω. ἢν

**locum restituta lectione** *φρενῶν* **loco** *φλεβῶν*, **quod intelligi nequit.** [o] *ἐς τὸ αὐτὸ* **Fevr. mendose.** *καὶ αὐτοῦ*

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 36 sur 201

venaque cava nominatur; altera vero a dextra ascendit per praecordia et pulmonem diffissaque, sanguine in cor brachiumque dextrum distributo, porro sursum fertur subter jugulum in dextras cervicis partes cutemque ita ipsam radit, ut fiat conspicua. Deinceps pone aurem occulitur ibique discinditur, ut ramus amplissimus et maximus et capacissimus in cerebrum desinat, alius ramulus, ut venula tenuissima, in aurem dextram, in oculum dextrum alius, alius in narem perveniat. Atque ita venae, quae manant ex jecore, discurrunt. Itidem e liene orta altera vena eaque tenuior minorque et deorsum et sursum in eandem, ut jecoris vena, rationem dispanditur in partes corporis sinistras. Quarum venarum ope nobis subvehimus multum illum spiritum, quum spiramenta sint corporis nostri, quae aerem extrinsecus receptum atque in reliquum derivatum corpus, in venulis ubi refrigeraverint, tandem rursum expirent.

τὸ δέρμα Lind. Mack. p ἐπαγόμεθα Serv. e MSS.
q ἡμέσω Cod. Med.

γὰρ στῇ κου καὶ ἀποληφθῇ, ἀκρατὲς γίγνεται ἐκεῖνο τὸ μέρος ὅκου[r] ἂν στῇ. τεκμήριον δέ· ὁκόταν γὰρ κατημένῳ ἢ κατακεομένῳ φλέβια πιεσθῇ, ὥςτε τὸ πνεῦμα μὴ διεξιέναι ἀπὸ τῆς φλεβὸς, εὐθὺς νάρκη ἔχει. Περὶ μὲν τῶν φλεβῶν τῶν λοιπῶν οὕτως ἔχει.

Ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίγνεται τοῖσι μὲν φλεγματίῃσι, τοῖσι δὲ χολώδεσι οὔ. ἄρχεται δὲ φύεσθαι ἐπὶ τοῦ ἐμβρύου ἔτι ἐν τῇ μήτρῃ ἐόντος· καθαίρεται γὰρ καὶ ἀνθέει ὥςπερ τἄλλα μέρεα πρὶν γενέσθαι καὶ ὁ ἐγκέφαλος. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ καθάρσι ἢν μὲν καλῶς καὶ μετρίως καθαρθῇ καὶ μήτε πλεῖον μήτε ἔλασσον τοῦ δέοντος ἀποῤῥυῇ, οὕτως[s] ὑγιεινοτάτην τὴν κεφαλὴν ἔχει[t]. ἢν δὲ πλείων ἀπὸ παντὸς τοῦ ἐγκεφάλου γένηται ἡ ἀπότηξις, νοσώδεά τε τὴν κεφαλὴν ἕξει[u] αὐξόμενος[x] καὶ ἤχου πλέην καὶ οὔτε ἥλιον οὔτε ψῦχος ἀνέξεται. ἢν δὲ ἀπὸ ἑνός τινος γένηται ἢ ἀπὸ ὀφθαλμοῦ ἢ οὔατος ἢ φλέψ τις ξυνισχνανθῇ[y], (332) ἐκεῖνος κακοῦται οὕτως ὁκοίως

[r] καθ᾽ ὅ Fevr. Lind. Mack. [s] οὗτος Imp. Corn. Mack. [t] ἕξει Lind. [u] ἔχει Serv. e MSS.

Nullo enim pacto spiritus potest resistere, sed sursum deorsum omnia pertransit. Qui sicubi insistat atque intercipiatur, pars illa, ubi institerit, sopitur; cui rei est argumento, quod, venulis sedenti cubantive adeo compressis, ut spiritus e vena nequeat permeare, illico sopor incidat. Atque haec quidem de reliquis venis dicuntor.

Morbus vero sacer, qui corripit pituitosos, parcit biliosis, exoriri coeptat, dum adhuc matris utero fetus incubat, ubi ut cetera membra, anteaquam in lucem edantur, ita cerebrum et ipsum repurgatur atque exuberat. Qua purgatione bene et temperanter absoluta, ut justo nec plus nec minus defluxerit, sanissimo sunt fetus capite; sin exuberantius totum cerebrum undique delicuerit, imbecilla habebunt capita, quando adoleverint inanisque plena sonitus nec solem nec frigus tolerabunt. Ex una vero aliqua parte si delicuerit, ex oculo aureve, sive vena aliqua emacuerit coarctata, illa pro portione defluvii affligetur. Purgatione igitur non facta, verum pituita in

Cod. Med. [x] αὐξάμενος Cod. Med. [y] Hujusmodi verba litera ξ curavi exaranda, praeeunte A. He-

ἂν καὶ τῆς ἀποτήξιος ἔχῃ. ἢν δὲ κάθαρσις μὴ ἐπιγένηται, ἀλλὰ ξυστραφῇ τῷ ἐγκεφάλῳ, οὕτως ἀνάγκη φλεγματώδεα εἶναι. καὶ ὁκόσοισι μὲν παιδίοισι ἐοῦσι ἐξανθέει ἕλκεα ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὰ οὔατα καὶ ἐς τὸν ἄλλον χρῶτα καὶ σιαλώδεα γίγνεται[z] καὶ μυξόῤῥοα, ταῦτα μὲν ῥήϊστα διάγει προϊούσης τῆς ἡλικίης. Ἐνθαῦτα γὰρ ἀπιεῖ καὶ καθαίρεται τὸ φλέγμα, ὃ ἐχρῆν ἐς τὴν μήτρην καθαρθῆναι. καὶ τὰ οὕτω καθαρθέντα οὐκ ἐπίληπτα γίγνεται ταύτῃ τῇ νούσῳ ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. ὁκόσα δὲ καθαρά ἐστι καὶ μήτε[a] ἕλκος μηδὲν μήτε μύξα μήτε σίαλον προέρχεται μηδὲν μήτε ἐν τῇσι μήτρῃσι πεποίηται τὴν κάθαρσιν, τοῖσι τοιούτοισι ἐπικίνδυνόν ἐστι ἁλίσκεσθαι ὑπὸ ταύτης τῆς νούσου. ἢν δὲ ἐπὶ τὴν καρδίην ποιήσηται ὁ κατάῤῥοος τὴν πορείην, παλμὸς ἐπιλαμβάνει καὶ ἄσθματα καὶ τὰ στήθεα διαφθείρεται· ἔνιοι δὲ καὶ κυφοὶ γίγνονται. ὁκόταν γὰρ ἐπικατέλθῃ τὸ φλέγμα ψυχρὸν ἐπὶ τὸν πλεύμονα ἢ ἐπὶ τὴν καρδίην, ἀποψύχεται τὸ αἷμα. αἱ δὲ φλέβες πρὸς βίην ψυχό-

ringa Observ. crit. p. 46. [z] γένηται rel. omnes.

cerebrum convoluta coactaque, pituitosus sit fetus necesse est. Inde quoque fit, ut, quibus tenera jamjam aetatula effloruerint achores et furfures in capite auribusque et reliqua cute, quibus saliva ora, muco nares affluxerint, facillime provectiore olim aetate vivant. Illis enim, tunc demum eluta effusaque pituita, quam in uterum effundi oportebat, ita repurgatis plerumque hujusce morbi tribui solet immunitas. Quibus a rebus qui exstiterint liberi nec crustis nec muci narium salivaeque profluvio fuerint vexati neque in uteris purgati, talibus summum erit periculum, ne hoc morbo tententur. At si pituita deflua ad cor direxerit viam, cordis palpitatio et spiritus angustiae ingruent ac latera hebescent; nonnulli etiam gibbis foedabuntur. Nam pituita frigida pulmonem sive cor irrigante ubi refrigeratus est sanguis, et venae per vim frigentes ad pulmonem et cor micant corque ipsum palpitat, unde necessario spiritus angustiae erectoque tantummodo

[a] μὴ ἕλκος Ald.

μεναι πρὸς τῷ πλεύμονι καὶ τῇ καρδίῃ πηδῶσι καὶ ἡ καρδίη πάλλεται, ὥςτε ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ταύτης τὰ ἄσθματα ἐπιπίπτειν καὶ τὴν ὀρθοπνοίην. οὐ γὰρ δέχεσθαι τὸ πνεῦμα ἐθέλει, μέχρις ἂν κρατηθῇ ὑπὸ τοῦ[b] *φλέγματος τὸ ἐπιῤῥυὲν καὶ διαθερμανθὲν διαχυθῇ ἐς τὰς φλέβας. ἔπειτα παύεται τοῦ παλμοῦ καὶ τοῦ ἄσθματος· παύεται δὲ ὅκως ἂν τοῦ πλήθεος ἔχῃ. ἢν μὲν γὰρ πλέον ἐπικαταῤῥυῇ, σχολαίτερον· ἢν δὲ ἔλασσον, θᾶσσον. καὶ ἢν μὲν πυκνότεροι ἔωσι οἱ κατάῤῥοοι, πυκνότερα ἐπίληπτος γίγνεται· ἢν[c] δὲ μὴ, (333) ἀραιότερα. Ταῦτα μὲν οὖν πάσχει, ἢν ἐπὶ τὸν πλεύμονα καὶ τὴν καρδίην ἴῃ[d]· ἢν δὲ ἐς τὴν κοιλίην, διάῤῥοιαι λαμβάνουσι[e]. ἢν δὲ τουτέων μὲν τῶν ὁδῶν ἀποκληϊσθῇ, ἐς δὲ τὰς φλέβας ἃς προείρηκα τὸν κατάῤῥοον ποιήσηται, ἄφωνός τε γίγνεται καὶ πνίγεται, καὶ ἀφρὸς ἐκ τοῦ στόματος ἐκρέει, καὶ οἱ ὀδόντες ξυνήρκασι[f], καὶ αἱ χεῖρες ξυ-

[b] Corruptum librariorum incuria esse hunc locum, manifestum esset, etiamsi interpretes in eliminando hoc vocabulo multum desudasse nesciremus. *πνεύματος* Serv., ut ait, e MSS. Lind. *αἵματος* Imp. Corn. Mack., qui librum de flatibus secuti videntur p. 412. Mendum asterisco significasse sategi haesitabundus, num pro-

statu aegerrime reciprocandus incidant anhelitus. Spiritum enim suscipere recusat, donec, quantum pituitae adfluxerit, calore concepto per venas in omne corpus sit diffusum. Quo facto palpitatio atque angustia spiritus, prout pituitae fuerit copia, relaxant, eo tardius, quo abundantius adfluxerit; quo parcius, eo celerius. Quanto vero crebrius hunc in modum defluat, tanto crebriore plectuntur sacro morbo; sin aliter, rariore. Haec perpetiuntur, quibuscunque ad pulmonem et cor pervenit pituita; sin ad ventrem, ex intestinis laborant. Quibus ex itineribus si fuerit exclusa atque in venas, quarum supra descripsi distributiones, defluxerit, voce deficiente animaque interclusa spumae ore ebullient, dentes artissime collidentur, manus comprimentur, oculi distorquebuntur, caligine oculis offusa sine sensu erunt; sunt qui-

banda sit mea emendatio: *ὑπ' αὐτοῦ* (a corde) *τοῦ φλέγματος τὸ* etc., quam lectionem latine expressi. [c] *ἢν δὲ μὴ, ἀραιότερα* non leguntur in Cod. Med. [d] *ἔῃ* Imp. Samb. Fevr. Serv. [e] *λάβωσιν* Ald. mendose. [f] *συνηρείκασι* Mack. legit e Foes. Oecon. p. 597. longiore, non eo meliore, forma, licet *συνερείδω* et apud

σπῶνται, καὶ τὰ ὄμματα διαστρέφονται, καὶ οὐδὲν φρονέουσι· ἐνίοισι καὶ[g] ὑποχωρέει ἡ κόπρος κάτω. καὶ ταῦτα γίγνεται ὁτὲ μὲν ἐς[h] ἀριστερὰ, ὁτὲ δὲ ἐς τὰ δεξιὰ, ὁτὲ δὲ ἐς ἀμφότερα.

Ὄκως δὲ τούτων ἕκαστον πάσχει, ἐγὼ φράσω. ἄφωνος μέν ἐστι, ὁκόταν ἐξαίφνης τὸ φλέγμα[i] ἐπικατελθὸν ἐς τὰς φλέβας ἀποκληΐση τὸν ἠέρα[k] καὶ μὴ παραδέχηται μήτε ἐς τὸν ἐγκέφαλον μήτε ἐς τὰς φλέβας τὰς κοίλας μήτε ἐς τὰς κοιλίας, ἀλλὰ ἐπιλάβῃ τὴν ἀναπνοήν. ὅταν γὰρ ἐπιλάβῃ ὥνθρωπος[l] κατὰ τὸ στόμα καὶ τοὺς μυκτῆρας τὸ[m] πνεῦμα, πρῶτον μὲν ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἔρχεται, ἔπειτα δὲ ἐς τὴν κοιλίην τὸ πλεῖστον μέρος, τὸ δὲ ἐπὶ τὸν πλεύμονα, τὸ δὲ ἐπὶ τὰς φλέβας. ἐκ τουτέων δὲ σκίδναται[n] ἐς τὰ λοιπὰ μέρεα κατὰ τὰς φλέβας καὶ ὅσον[o] ἐς μὲν τὴν κοιλίην, διαψύχει καὶ ἄλλο τι οὐδὲν ξυμβάλλεται· τωὐτὸ[p] δὲ τὸ ἐς τὸν πλεύμονα.

Hippocratem ipsum et apud Aretaeum ita saepius extet usurpatum. [g] δὲ καὶ Ald. [h] ἐπ᾽ habent plerique libri. ἐς Imp. Samb. Fevr. Lind. MSS. Impp. Vind. [i] πνεῦμα Imp. Samb. Fevr. Cod. Med. [k] Jonismum habent Imp. Samb. et Fevr. [l] ἄνθρωπος libri omnes. [m] Expunxi cum Lindeno et Mackio mole-

bus invitis etiam alvus dejiciatur. Quae modo ad sinistrum, modo ad dextrum, modo ad utrumque corporis latus accidunt.

Quo tamen modo illorum malorum unumquodque perpetiantur, sigillatim exponam. Primum omnium voce deficiuntur, quotiescunque tumultuaria pituitae in venas affluentia aër excluditur neque in cerebrum neque in venas cavas neque in ventriculos recipitur, sed reprimit respirationem. Tractum enim per os naresque spiritum primum in cerebrum deducimus, deinde in ventriculum idque maximam partem, aliam ad pulmonem, aliam ad venas, unde venarum quoquoversus tendentium auxilio in reliquas partes dispenditur. Et quantum quidem ad ventriculum perfertur, refrigerat nulloque alio constat fructu illudque ipsum efficit aër, qui ad pulmonem

stam hujus loci virgulam. [n] *σκορπίζεται* Imp. Samb. [o] *ὅσον μὲν ἐς τὴν κοιλίην* Ald. [p] *τοῦτο δ' ἐς τὸν πνεύμονα* editi libri omnes. Emendasse hunc locum eodem modo Cornarium, vidi postea eoque minus hanc lectionem habere probabilem dubitavi.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 45 sur 201

ὁ δὲ ἐς τὰς φλέβας ἠὴρ ξυμβάλλεται ἐς τὰς κοιλίας ἐςιὼν καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον καὶ οὕτω τὴν φρόνησιν καὶ τὴν κίνησιν τοῖσι μέλεσι παρέχει, ὥστε ἐπειδὰν ἀποκληϊσθῶσι αἱ φλέβες τοῦ ἠέρος ὑπὸ τοῦ φλέγματος καὶ μὴ παραδέχωνται, ἄφωνον κατιστέασι καὶ ἄφρονα τὸν ἄνθρωπον. Αἱ δὲ χεῖρες ἀκρατέες γίγνονται καὶ σπῶνται, τοῦ αἵματος ἀτρεμίσαντος[q] καὶ μὴ διαχεομένου[r] ὥςπερ ἐώθεε. καὶ οἱ (334) ὀφθαλμοὶ διαστρέφονται, τῶν φλεβίων ἀποκληϊομένων τοῦ ἠέρος καὶ[s] σφύζονται. Ἀφρὸς δὲ ἐκ τοῦ στόματος προέρχεται ἐκ τοῦ πλεύμονος. ὅταν γὰρ τὸ πνεῦμα μὴ ἐςίῃ ἐς ἑωυτὸν, ἀφρέει καὶ ἀναβλύει ὥςπερ ἀποθνήσκων. Ἡ δὲ κόπρος ὑπέρχεται ὑπὸ βίης πνιγομένου. πνίγεται δὲ, τοῦ ἥπατος καὶ τῆς κοιλίης ἄνω πρὸς τὰς φρένας προςπεπτωκότων καὶ τοῦ στομάχου τῆς γαστρὸς ἀπειλημμένου. προςπίπτει δὲ, ὁκόταν τὸ πνεῦμα μὴ ἐςίῃ ἐς τὸ στόμα ὅσον ἐώθεε. Λακτίζει δὲ τοῖσι ποσὶ, ὁκόταν ὁ ἠὴρ ἀποκληϊσθῇ ἐν τοῖσι

[q] ἀτρεμήσαντος Fevr. [r] διαδεχομένου Ald. [s] ἠέρος τῶν σφύζοντος Calvus. Foesius σφίγγονται cen-

descendit. Venas autem qui perfluit aër, in ventriculos cerebrumque diffunditur membrisque hoc modo sensum et motum suppeditat, ut, aëre a pituita venis exeluso, neque iis recepto, lingua sensuque omni homines deficiant, manus sopitae convellantur, sanguis quum nec moveatur nec pro more distribuatur, oculi distorqueantur et palpitent aëre venulis intercluso, spumae ore ebulliant e pulmone ejectae, quippe qui, spiritu si careat affluente, spumas agat easque ampullarum modo projiciat, sicut in moribundis licet videre, alvus nescio aegroto ac vehementer praefocato dejiciatur, quum jecur et ventriculus sursum praecordiis imprimantur ac stomachus constringatur, quod fit, quando spiritus os non ingreditur quantus solebat, pedibus recalcitret, quum aër in membris interceptus prae pituita foras nequeat eluctari, sed per sanguinis torrentes sursum deorsum jactatus dolores commoveat artusque contorqueat; unde pedibus

set esse legendum eumque secutus est lectione recepta Lindenus.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 47 sur 201

μέλεσι[t] καὶ μὴ οἷός τε ἔῃ. διεκδυῆναι ἔξω ὑπὸ τοῦ φλέγματος. ἀΐσσων διὰ τοῦ αἵματος ἄνω καὶ κάτω σπασμὸν ἐμποιέει καὶ ὀδύνην· διὸ λακτίζει. Ταῦτα δὲ πάσχει πάντα, ὁκόταν τὸ φλέγμα ψυχρὸν παραῤῥυῇ ἐς τὸ αἷμα θερμὸν ἐόν· ἀποψύχει γὰρ καὶ ἵστησι τὸ αἷμα. κἢν μὲν τὸ ῥεῦμα πουλὺ ἔῃ καὶ παχὺ, αὐτίκα ἀποκτείνει· κρατέει γὰρ τοῦ αἵματος τῷ ψύχεϊ καὶ πήγνυσι. ἢν δὲ ἔλασσον ἔῃ, τὸ μὲν παραυτίκα κρατέει ἀποφράξαν τὴν ἀναπνοήν. ἔπειτα τῷ χρόνῳ ὁκόταν σκεδασθῇ[u] κατὰ τὰς φλέβας καὶ μιγῇ τῷ αἵματι πουλλῷ ἐόντι καὶ θερμῷ, ἢν κρατηθῇ οὕτως, ἐδέξαντο τὸν ἠέρα αἱ φλέβες καὶ ἐφρόνησαν.

Καὶ ὁκόσα μὲν παιδία σμικρὰ κατάληπτα γίγνεται τῇ νούσῳ ταύτῃ, τὰ πουλλὰ ἀποθνήσκει, ἢν πουλὺ τὸ ῥεῦμα[x] ἐπιγένηται καὶ νότιον ἔῃ· τὰ γὰρ φλέβια, λεπτὰ ἐόντα, οὐ δύναται παραδέχεσθαι τὸ φλέγμα ὑπὸ πάχεος καὶ πλήθεος, ἀλλὰ ἀποψύχεται καὶ πήγνυται τὸ αἷμα καὶ οὕτως ἀποθνήσκει. ἢν δὲ (335) ὀλίγον ἐὸν ἐς[y] ἀμφοτέρας τὰς

[t] σκέλεσι Ald. expp. Vat. Merc. in margine. [u] σκιδνασθῇ praeter Serv. reliq. omnes barbara forma. [x] πνεῦμα Serv. [y] καὶ ἐπ᾽ ἀμφοτέρας Imp.

recalcitrat. Quae perpetiuntur omnia, quotiescunque sanguis calidus frigida pituita ipsum inundante perfrigeratur atque haeret. Quodsi pituita inundabit sanguini multa lentaque, extemplo interficientur, quum sanguis frigore superatus coalescat; sin parcior erit, punctum quidem temporis, praepedita respiratione, praevalebit, verum temporis decursu, posteaquam in venas distributa admixtaque calido multoque sanguini itaque est superata, venae, aëre tandem recepto, in vitam revocabuntur.

Itaque qui prima aetate infantes hoc morbo corripiuntur, plerumque pereunt, si multum pituitae idque humidum affluat, quum venulae, quae tenues sunt, copiosam lentamque recipere pituitam recusent, sanguis vero perfrigeratus coalescat itaque moriuntur; sin parcum aut in utramque venam defluat aut in alterutram labecula

Samb. tertium jam in hoc libello obvia in hac praepositione lectionis varietate.

φλέβας τὸν κατάῤῥοον ποιήσηται, ἢ ἐς τὰς ἐπὶ θάτερα, περιγίγνεται ἐπίσημα ἐόντα· ἢ γὰρ στόμα παρασπᾶται ἢ ὀφθαλμὸς ἢ αὐχὴν ἢ χεὶρ, ὁκόθεν ἂν[z] τὸ φλέβιον πληρωθὲν τοῦ φλέγματος κρατηθῇ καὶ ἀπισχνωθῇ[a]. τούτῳ οὖν τῷ φλεβίῳ ἀνάγκη ἀσθενέστερον εἶναι καὶ ἐνδεέστερον τοῦτο τοῦ σώματος τὸ βλαβέν. ἐς δὲ τὸν πλείονα χρόνον ὠφελέει ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. οὐ γὰρ ἔτι ἐπίληπτον γίγνεται, ἢν ἅπαξ ἐπισημανθῇ. διὰ[b] τόδε ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ταύτης αἱ φλέβες αἱ λοιπαὶ κακοῦνται καὶ μέρος τι ξυνισχναίνονται, ὡς τὸν μὲν ἠέρα δέχεσθαι, τὸν δὲ τοῦ φλέγματος κατάῤῥοον μηκέτι ὁμοίως παραῤῥέειν. ἀσθενέστερα μέντοι ὁμοίως τὰ μέλεα ἐοικὸς[c] εἶναι, τῶν φλεβῶν κακωθεισέων[d].

Ὁκόσοισι δὲ ἂν[e] τελείοισί τε καὶ[f] πάνυ ὀλίγον παραῤῥυῇ καὶ ἐς τὰ δεξιὰ, ἀσήμως περιγίγνονται. κίνδυνος δὲ ξυντραφῆναι καὶ ξυναυξηθῆναι[g], ἢν μὴ θεραπευθῶσι τοῖσι

[z] *αὐτὸ φλέβιον* Serv. *αὐτὸ τὸ φλέβιον* Lind. [a] *ἀπισχνανθῇ* Fevr. Samb. Lind. Mack. Qua etsi usitatiore hujus verbi forma altera, quam scribendam esse cum vulgatis duxi codicibus, non excluditur Hippocratis libris. [b] Lindenus demum post *διὰ τόδε* interpunxit haud insolita epexegesi. [c] *εἰκὸς* libri omnes; for-

tantum aliqua e morbo evadunt notati. Namque aut os depravatur aut oculus aut cervix aut manus, quâcunque venula pituita repleta est et superata et coarctata, quae imbecillior fiat ipsa mancaque illa corporis pars, cui damnum fuerit illatum, est necesse. In tempus autem, quod est venturum, plerumque illud conducit, quum ii, qui semel fuerint notati aliqua labe, non amplius corripiantur morbo, venis reliquis hanc propter vim afflictis atque ex parte coarctatis, ut aërem quidem recipiant, pituitam vero defluam non amplius simili modo ingerant, tametsi, venis ita afflictis, similiter membra imbecilliora reddi appareat.

Quibuscunque vero adultis haud multum idque ad dextrum affluxit latus, ii sine ulla nota supersunt, modo ne, id quod metui potest, repudiatis idoneis me-

mam vero Ionicam in hoc participio aliquoties apud Hippocratem, qualem nos habemus servatum, legendam praetuli. [d] *κακωθεισσῶν* praeter Sambuc. et Mack. editi libri omnes, deleto Ionismo. [e] *οὐ τελείοισι* Fevr. Samb. Mack. *δ᾽ ἀτελείοισι* Galen. Imp. Corn. [f] *κᾂν* Imp. Samb. [g] *ξυναυθῆναι* Foesiana, quae Lipsiae

ἐπιτηδέοισι. τοῖσι μὲν οὖν παιδίοισι οὕτω γίγνεται ἢ ὅτι τούτων ἐγγυτάτω· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους οὐκ ἀποκτείνει, ὁκόταν[h] ἐπιγένηται, οὐδὲ διαστρέφει. αἵ τε γὰρ φλέβες εἰσὶ κοῖλαι καὶ αἵματος μεσταὶ θερμοῦ, διότι[i] οὐ δύναται ἐπικρατῆσαι τὸ φλέγμα, οὐδὲ ἀποψύξαι τὸ αἷμα, ὥςτε καὶ πῆξαι, ἀλλὰ αὐτὸ κρατέεται καὶ καταμίγνυται τῷ αἵματι ταχέως. καὶ οὕτω παραδέχονται αἱ φλέβες τὸν ἠέρα καὶ τὸ φρόνημα γίγνεται, τά τε σημήϊα τὰ προειρημένα ἧσσον ἐπιλαμβάνει διὰ τὴν ἰσχύν. Τοῖσι δὲ πρεσβυτάτοισι ὁκόταν ἐπιγένηται τοῦτο (336) τὸ νούσημα, διὰ τοῦτο ἀποκτείνει ἢ παράπληκτον ποιέει, ὅτι αἱ φλέβες κεκένωνται καὶ τὸ αἷμα ὀλίγον τέ ἐστι καὶ λεπτὸν καὶ ὑδαρές. ἢν μὲν οὖν πουλὺ καταῤῥυῇ καὶ χειμῶνος ἔῃ[k] καιρὸς, ἀποκτείνει· ἀπέπνιξε γὰρ τὰς ἀναπνοὰς καὶ ἀπέπηξε τὸ αἷμα, ἢν ἐπὶ ἀμφότερα ὁ κατάῤῥοος γένηται. ἢν δὲ ἐπὶ θάτερα, μοῦνον παράπληκτον ποιέει. οὐ γὰρ δύναται τὸ αἷμα ἐπικρατῆσαι τοῦ φλέγματος λεπτὸν ἐὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ὀλίγον, ἀλλὰ αὐτὸ κρατηθὲν ἐπάγη, ὥςτε

denuo impressa his annis prodiit, editio operarum vitio    h ἦν Merc. in marg.    i ὅτι οὐ δύναται Ald.

dicamentis, familiaritate contracta periculosa morbus et inveterascat et ingravescat. Atque haec quidem aut his quam simillima accidunt pueris, adultiores vero neque perimit, quando tentaverit nec depravat, quorum venae et amplae sunt calidique sanguinis plenae, ut nec praevalere pituita nec perfrigerare possit sanguinem atque exinde sistere, sed ipsa superetur et celeriter sanguini commisceatur. Itaque recipiunt venae aërem sensusque conservatur et signa, quae supra adumbravi, propter virium adversantium robur minus invalescunt. Sed senes, quos hic morbus corripuit, aut interficit aut nervos quodammodo resolvit, propterea quod venae sunt exinanitae ac sanguinem paucum tenuemque atque aquaticum vehunt. Quodsi multum defluit pituitae hibernaque tempestate, interficit, quum praeclusis spiramentis ipse quoque sanguis congelet, utrobique si facta est fluxio; sin in alterutrum latus, solum nervos quodammodo resolvit, quum sanguis, qui tenuis frigidusque et paucus

οὐδὲ libri reliqui. k ᾗ reliqui. In Ald. non legitur.

ἀκρατέα εἶναι, κατ᾽ ἃ τὸ αἷμα διεφθάρη[l]. ἐς δὲ τὰ δεξιὰ μᾶλλον καταῤῥέει[m] ἢ ἐς τὰ ἀριστερὰ, ὅτι αἱ φλέβες εἰσὶ κοιλότεραι καὶ πλείονες ἢ ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἥπατος τείνουσι καὶ οὐκ[n] ἀπὸ τοῦ σπληνός.

Ἐπικαταῤῥέει δὲ καὶ ἀποτήκεται τοῖσι μὲν παιδίοισι μάλιστα· οἷσι δὲ ἂν διαθερμανθῇ ἡ κεφαλὴ ἤν τε ὑπὸ ἡλίου, ἤν τε ὑπὸ πυρὸς, ἤν τε καὶ ἐξαπίνης φρίξῃ ὁ ἐγκέφαλος, καὶ τότε ἀποκρίνεται[o] τὸ φλέγμα. Ἀποτήκεται μὲν γὰρ ἐκ τῆς θέρμης καὶ διαχύσιος τοῦ ἐγκεφάλου· ἀποκρίνεται δὲ ἀπὸ τῆς ψύξιός τε καὶ ξυστάσιος καὶ οὕτως ἐπικαταῤῥέει. Τοῖσι μὲν αὕτη ἡ πρόφασις γίγνεται· τοῖσι δὲ καὶ ἐπειδὰν ἐξαπίνης μετὰ βορήϊα πνεύματα νότος μεταβάλῃ, ξυνεστηκότα τὸν ἐγκέφαλον καὶ ἀσθενέοντα ἔλυσε καὶ ἐχάλασε ἐξαίφνης, ὥςτε πλημμυρέειν τὸ φλέγμα, καὶ οὕτω τὸν κατάῤῥοον ποιέεται. ἐπικαταῤῥέει δὲ

[l] διεφθάρη Serv. Lind. διαφθαρῇ ceteri. Conjunctivum tamen haud alienissimum huic loco esse arbitror. [m] καταῤῥέῃ Ald. soloece. Hujusmodi conjunctivos leges in libris Hippocratis reliquis haud paucos, quos ne correxerunt quidem interpretes, ut ini-

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 54 sur 201

ipse est, superare pituitam non possit, sed superatus ipse congeletur, ut membra, in quibus sanguis fuerit corruptus, obtorpescant. Ad dextrum vero magis defluit quam ad laevum, quippe cujus venae sint ampliores pluresque quam in laevo latere atque ex jecore, non e liene excurrant.

Jam vero pueris potissimum defluit ac destillat pituita, quibusque caput incaluerit sive a sole sive ab igne, sive horror cerebrum perstrinxerit repentinus, tum quoque secernitur pituita. Destillat enim e calore ac dissolutione cerebri, excernitur vero frigore ac concretione itaque defluit. Atque his quidem haec est causa; aliis autem, quum derepente boreales ventos exceperit Auster, concretum atque imbecillum cerebrum illico solvitur ac laxatur, ut pituita redundet itaque defluat. Verumtamen necopinato

tio de Gland. libri: *φύσις μὲν αὐτέῃσι* (al. *αὐτέοισι*) *ἢ σπογγώδης* (al. *σπογγῶδες*) atque alibi sexcenties. [n] *οὐκ* cum Grimmio putavi excidisse. [o] *ἐπικρίνεται* Ald.

καὶ ἐξ ἀδήλου φόβου γιγνομένου, ἢν δείσῃ[p] μὲν ἢ βοήσαντός τινος ἢ καὶ μεταξὺ κλαίων μὴ οἷός τε ἔῃ τὸ πνεῦμα ταχέως ἀναλαβεῖν, οἷα γίγνεται παιδίοισι πουλλάκις. ὅ,τι ἂν τούτων αὐτῶν[q] γένηται[r], εὐθὺς ἔφριξε[s] τὸ (337) σῶμα καὶ ἄφωνος γενόμενος τὸ πνεῦμα οὐκ εἵλκυσε, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἠρέμισε[t] καὶ ὁ ἐγκέφαλος ξυνέστη καὶ τὸ αἷμα ἔστη καὶ οὕτως ἀπεκρίθη καὶ ἐπικατεῤῥύη τὸ φλέγμα. τοῖσι μὲν παιδίοισι αὗται αἱ προφάσιες τῆς ἐπιλήψιός εἰσι τὴν ἀρχήν.

Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι χειμὼν πολεμιώτατός ἐστι. ὅταν γὰρ παρὰ πυρὶ πουλλῷ διαθερμανθῇ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν ἐγκέφαλον, ἔπειτα ἐν ψύχεϊ γένηται καὶ ῥιγώσῃ[u] καὶ ἐκ ψύχεος ἐς ἀλέην ἔλθῃ καὶ παρὰ πῦρ κατίσῃ, καὶ αὐτὸ[x] τοῦτο πάσχει. καὶ οὕτως ἐπίληπτος γίγνεται κατὰ τὰ προειρημένα. Κίνδυνος δὲ πουλὺς καὶ ἦρος πα-

p. δείσημεν Ald. Frob. Foes. q αὐτῷ Lind. Scripsissem αὐτοῖσι, nisi omnium librorum lectionem, si posset defendi, censuissem esse tutandam. r Ita emendavi lectionem γίνεται, quam pluribus interpretibus acceptam fuisse mirarer, ni multa id genus multos praetervidisse intelligerem. γίνηται Frob. Merc. Mack.

aliquo oborto metu rursum defluit, si qua vociferatio illos perterreat sive plorantes, id quod saepe vagientibus accidit, recipere celeriter animam nequeant. Quorum quicquid iis accidit, statim perhorrescit corpus et voce spirituque deficientibus et cerebro et sanguine concretis ita excernitur ac defluit pituita. Atque hae quidem morbi comitialis pueris sunt causae ab initio.

Adultis vero hiems est inimicissima, qui illud ipsum perpetiuntur, quum caput et cerebrum ad multum ignem incaluerit, deinde frigore contracto obriguerit et e frigore in solem prodierint et igni adsederint. Nam et ipsi in comitialem secundum ea, quae supra dixi, incidunt morbum. Vere quoque ne eidem implicetur morbo, summum est periculum discrimenque, si

γίνεται Ald. Foes. Lind. [s] ἔφιξε Ald. [t] ἠρέμησε Mack. ut supra Fevr. ἀτρεμήσαντος simili formarum mutabilitate. Utriusque parem fere apud Hippocratem inveni numerum. [u] ῥιγώσει Ald. [x] ταὐτὸ τοῦτο sine καὶ Lind. quod, etsi haud abhorreat a sensu hujus loci, recipiendum tamen non duxerim.

θέειν τωὐτὸ[y] τοῦτο, ἢν ἡλιωθῇ[z] ἡ κεφαλή· τοῦ δὲ θέρεος ἥκιστα· οὐ γὰρ γίγνονται μεταβολαὶ ἐξαπιναῖοι.

Ὁκόταν δὲ εἴκοσι ἔτεα παρέλθῃ, οὐκέτι ἡ νοῦσος αὕτη ἐπιλαμβάνει, ἢν μὴ ἐκ παιδίου ξύντροφος ἔῃ, ἀλλ' ἢ ὀλίγους ἢ οὐδένα· αἱ γὰρ φλέβες μεσταί εἰσι αἵματος καὶ ὁ ἐγκέφαλος ξυνέστηκε καὶ ἔστι στρυφνὸς, ὥστε οὐκ ἐπικαταῤῥέει ἐπὶ τὰς φλέβας. ἢν δὲ ἐπικαταῤῥυῇ[a], τοῦ αἵματος οὐκ ἐπικρατέει, πουλλοῦ καὶ θερμοῦ ἐόντος. ᾧ δὲ ἀπὸ παιδίου ξυνηύξηται καὶ ξυνέτροφε[b], ἔθος πεποίηκε ἐν τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων τοῦτο πάσχειν καὶ ἐπίληπτον ὡς τὰ πουλλὰ γίγνεσθαι καὶ μάλιστα ἐν τοῖσι νοτίοισι· ἥ τε ἀπάλλαξις χαλεπὴ γίγνεται. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος ὑγρότερος γίγνεται τῆς φύσιος καὶ πλημμυρέει ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ὥστε τοὺς μὲν καταῤῥόους πυκνοτέρους γίγνεσθαι, ἐκκριθῆναι δὲ μηκέτι οἷόν τε εἶναι τὸ φλέγμα μηδὲ ἀναξηρανθῆναι (338) τὸν ἐγκέφαλον, ἀλλὰ διαβρέχεσθαι καὶ εἶναι ὑγρόν. γνοίη δὲ ἄν τις τόδε

[y] τὸ αὐτὸ plerique libri. ταὐτὸ Fevr. Samb. Lind. Mack. [z] ἡλιαθῇ Samb. Fevr. Mack. [a] ἐπικα-

capite nudo apricetur, minime vero aestate, qua repentinae tempestatum vicissitudines minus contingant.

Neque vero eos, qui vigesimum superarunt annum, hic morbus amplius corripit aut paucis exceptis aut nullo, nisi ab ineunte aetate familiaritatem fuerit adeptus. Namque venae sunt plenae sanguinis et cerebrum concretum solidumque est, ut in venas non defluat; sin vero defluxerit, sanguinem et copiosum et calidum parum superat. At vero cuicunque a prima aetate simul accreverit atque invaluerit nutriendo, consuetudine facta, ut in ventorum mutationibus illud patiantur et plerumque hoc morbo tententur, praesertim quum Auster est, sanatio erit difficilis. Quippe cerebrum natura fit humidius adeoque redundat pituita, ut quum copiosius defluxerit, quam quae excerni possit, cerebrum haud exsiccetur, sed perpetuo rigetur humidumque sit. Quod optime aliquis perspexerit et in

ταῤῥύη Ald. Frob. Merc. Foes. b συντέτροφε Mack.

μάλιστα τοῖσι προβάτοισι τοῖσι καταλήπτοισι γιγνομένοισι ὑπὸ τῆς νούσου ταύτης καὶ μάλιστα τῇσι αἰξί· αὗται γὰρ πυκνότατα λαμβάνονται. ἢν διακόψῃς τὴν κεφαλὴν, εὑρήσεις τὸν ἐγκέφαλον ὑγρὸν ἐόντα καὶ ἱδρῶτος περίπλεων καὶ κακὸν ὄζοντα. Καὶ ἐν τούτῳ δηλονότι γνώσῃ, ὅτι οὐκ ὁ θεὸς τὸ σῶμα λυμαίνεται, ἀλλὰ ἡ νοῦσος. οὕτω δὲ ἔχει καὶ τῷ ἀνθρώπῳ. ὁκόταν γὰρ ὁ χρόνος γένηται τῇ νούσῳ, οὐκέτι ἰήσιμος γίγνεται· διεσθίεται γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ὑπὸ τοῦ φλέγματος καὶ τήκεται. τὸ δὲ ἀποτηκόμενον ὕδωρ γίγνεται καὶ περιέχει τὸν ἐγκέφαλον ἐκτὸς καὶ περικλύζει καὶ διὰ τοῦτο πυκνότερον ἐπίληπτοι γίγνονται καὶ ῥήϊον. Διὸ δὴ πουλυχρόνιος ἡ νοῦσος, ὅτι τὸ ἐπιῤῥέον λεπτόν ἐστι ὑπὸ πουλυπληθίης καὶ εὐθὺς κρατέεται ὑπὸ τοῦ αἵματος καὶ διαθερμαίνεται.

Ὁκόσοι δὲ ἤδη ἐθάδες εἰσὶ τῇ νούσῳ, προγιγνώσκουσι, ὁκόταν μέλλωσι λήψεσθαι καὶ φεύγουσι ἐκ τῶν ἀνθρώπων, ἢν μὲν ἐγγὺς αὐτῶν ὁ οἶκος ἔῃ, οἴκαδε· ἢν δὲ μὴ, ἐς τὸ ἐρημότατον, ὅκῃ μέλλουσι ὄψεσθαι αὐτὸν ἐλάχιστοι πεσόντα, εὐθύς τε ἐγκαλύπτεται. Τοῦτο δὲ ποιέει ὑπὸ αἰσχύνης τοῦ

ovibus hoc morbo tentatis et cum primis in capris, ut quae creberrime corripiantur. Quarum calvam si contuderis, cerebrum humidum sudorisque plenum et male olens reperies. In quo, opinor, non deum corpus corrumpere, sed morbum intelliges. Ita quoque in homine res se habet. Nam comitialis morbus ubi factus est diuturnus, sanabilis esse desiit, quoniam cerebrum a pituita exesum collicuit et, quod ita destillaverit, in aquam cerebro extrinsecus circumfusam illudque circumquaque alluentem abiit. Quocirca crebrius faciliusque hunc in morbum incidunt. Ideo autem diuturnus fit sacer morbus, quia, quodcunque affluit, propter copiam nimiam est tenue statimque a sanguine superatur et incalescit.

Jam vero qui huic morbo adsueverint, quando corripiantur, praesentiunt hominumque linquunt coetus, si domus affuerit vicina, eo confugientes, sin minus, in desertissima loca, ubi paucissimi eos conspiciant cadentes et statim se obvolvunt. Quod morbi pudore, non, ut multi



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 61 sur 201

πάθεος καὶ οὐκ ὑπὸ φόβου, ὡς οἱ πουλλοὶ νομίζουσι, τοῦ δαιμονίου. τὰ δὲ παιδάρια τὸ μὲν πρῶτον πίπτουσι, ὅκη ἂν τύχωσι, ὑπὸ ἀηθίης. ὅταν δὲ πλεονάκις κατάληπτοι γίγνωνται, ἐπειδὰν προαίσθωνται, φεύγουσι παρὰ τὰς μητέρας ἢ παρὰ ἄλλον ὅντινα μάλιστα γιγνώσκουσι ὑπὸ δέεος καὶ φόβου τῆς πάθης. τὸ γὰρ αἰσχύνεσθαι παῖδες ἐόντες οὔκω γιγνώσκουσι.

(339) Ἐν δὲ τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων διὰ τάδε φημὶ ἐπιλήπτους γίγνεσθαι καὶ μάλιστα τοῖσι νοτίοισι, ἔπειτα καὶ τοῖσι βορηΐοισι, ἔπειτα καὶ τοῖσι λοιποῖσι πνεύμασι. ταῦτα δέ ἐστι, ὅσα τῶν πνευμάτων ἰσχυρότατά ἐστι καὶ ἀλλήλοισι ἐναντιώτατα κατὰ τὴν στάσιν καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. ὁ μὲν γὰρ βορέης ξυνίστησι τὸν ἠέρα καὶ τὸ θολερόν τε καὶ τὸ νεφῶδες[e] ἐκκρίνει καὶ λαμπρότερον καὶ διαφανέα ποιέει. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἀρξάμενα[d] καὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων· ἐκκρίνει γὰρ ἐξ ἁπάντων τὴν νοτίδα καὶ τὸ δνοφερὸν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων. διὸ καὶ ὑγιεινότατός ἐστι τῶν ἀνέμων. ὁ δὲ νότος

[e] νεφρῶδες Ald. Mack. [d] ἐξαρμένα Cod. Med.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 62 sur 201

arbitrantur, terriculamenti metu faciunt. Iccirco pueruli rei novitate oppressi, ubiubi constiterint, ibi cadunt; identidem vero posteaquam sunt correpti, simulac praesentiunt, ad matres aliumve, quemcunque notum sibi agnoscunt timore metuque morbi refugiunt, quum verecundiam tam tenera aetate nondum addidicerint.

Has vero propter causas in ventorum mutationibus dico hoc morbo corripi homines, atque imprimis flantibus Austris, deinde etiam Aquilonibus, denique reliquis ventis, quorum illi sunt vehementissimi sibique ipsis maxime contrarii et regione et potentia. Boreas enim aërem compingit et turbulento nubiloque expulso coelum serenum sudumque inducit idemque praestant reliqui venti omnes, qui ex mari ceterisque aquis exoriuntur. Qui quum ex omnibus ipsisque ex hominibus expellat humidum ac turbulentum, ventorum est hanc propter causam omnium saluberrimus. Cui contraria ef-



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 63 sur 201

τἀναντία τούτῳ ἐργάζεται. πρῶτον μὲν γὰρ ἄρχεται τὸν ἠέρα ξυνεστεῶτα τήκειν καὶ διαχέειν, κατότι καὶ οὐκ εὐθὺς πνέει μέγας, ἀλλὰ λαγανίζει πρῶτον[e], ὅτι οὐ δύναται ἐπικρατῆσαι τοῦ ἠέρος αὐτίκα, τοῦ πρόσθεν πυκνοῦ τε ἐόντος καὶ ξυνεστηκότος, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ διαλύει. τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ τὴν γῆν ἐργάζεται καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰς κρήνας καὶ τὰ φρέατα καὶ ὅσα φύεται καὶ ἐν οἷσι ὑγρὸν ἔνεστι· ἔστι δὲ ἐν παντὶ, ἐν μὲν τῷ πλέον, ἐν δὲ τῷ ἔλασσον. ἅπαντα δὲ[f] ταῦτα αἰσθάνεται τοῦ πνεύματος τούτου, καὶ ἔκ τε λαμπρῶν δνοφερώδεα[g] γίγνεται, ἔκ τε ψυχρῶν θερμὰ, καὶ ἐκ ξηρῶν νοτώδεα, ὁκόσα τε ἐν οἰκήμασι κεράμια κατὰ γῆς ἐστι μετὰ[h] οἴνου ἢ ἄλλου τευ ὑγροῦ, πάντα ταῦτα αἰσθάνεται τοῦ νότου καὶ διαλλάσσει τὴν μορφὴν ἐς ἕτερον εἶδος. τὸν δὲ ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα πουλὺ ἀμβλυωπότερα κατίστησι τῆς φύσιος. (340) ὅτε οὖν καὶ τούτων οὕτω μεγάλων ἐόντων καὶ ἰσχυρῶν τοσοῦτον ἐπικρατέει καὶ τὸ σῶμα ποιέει αἰσθάνεσθαι καὶ μεταβάλλειν

[e] λαγανίζει, ὅτε πρῶτον Fevr. Samb. ὅτι πρῶτον Lind. [f] γὰρ Serv. e MSS. Lind. [g] δνοφερέα Serv.

ficit Auster, qui primum quidem aërem concretum colliquefacere et diffundere occipit, unde, simulac exortus est, non flat vehementer, sed primum placide leniterque spirat, quum superare statim aërem antea concretum densumque nequeat, verum paulatim tandem dissolvat. Illam vero ipsam exserit vim et in terram et mare et flumina et fontes et puteos atque in omnia, quae proveniunt humoremque continent. Qui quum omnibus insit plus minusve, omnia quoque hunc ventum persentiunt, siquidem fiunt e serenis turbida, calida e frigidis, ex aridis humida et quaecunque in domiciliorum cellis sunt fictilia vini aliusque liquoris plena, ea persentiunt Austrum omnia ac mutantur. Et ipsius solis et lunae et siderum citra naturam praestringit offunditque splendorem. Quae in corpora tam magna valentiaque quum tantam habeant vim ac potestatem corpusque exornent sensu suisque vicissitudinibus commutent, Austris

e MSS. Lind. [h] μεστὰ Foesianam conjecturam, haud spernendam, recepit Mackius.

ἐκ τῶν ἀνέμων τούτων ἐν τῇσι μεταλλαγῇσι[i], ἀνάγκη τοῖσι μὲν νοτίοισι[k] λύεσθαί τε καὶ φλυδᾷν[l] τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰς φλέβας χαλαρωτέρας εἶναι, τοῖσι δὲ βορηΐοισι ξυνίστασθαι τὸ ὑγιηρότατον[m] τοῦ ἐγκεφάλου, τὸ δὲ νοσερώτατον καὶ ὑγρότατον ἐκκρίνεσθαι καὶ περικλύζειν ἔξωθεν, καὶ οὕτω τοὺς καταῤῥόους ἐπιγίγνεσθαι ἐν τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων τούτων. Οὕτως ἡ νοῦσος αὕτη γίγνεται καὶ θάλλει ἀπὸ τῶν προσιόντων τε καὶ ἀπιόντων[n] καὶ οὐδέν ἐστι ἀπορωτέρη[o] τῶν ἄλλων οὔτε ἰῆσθαι οὔτε γνῶναι οὔτε θειοτέρη ἢ ὡς αἱ ἄλλαι.

Εἰδέναι δὲ χρὴ ἀνθρώπους, ὅτι ἐξ οὐδενὸς ἡμῖν αἱ ἡδοναὶ γίγνονται καὶ αἱ εὐφροσύναι καὶ γέλωτες καὶ παιδιαὶ ἢ ἐνθεῦτεν καὶ λῦπαι καὶ ἀνίαι καὶ δυςφροσύναι καὶ κλαυθμοί. καὶ τούτῳ φρονεῦμεν μάλιστα καὶ νοεῦμεν καὶ βλέπομεν καὶ ἀκούομεν καὶ γιγνώσκομεν τά τε αἰσχρὰ καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ κακὰ καὶ ἀγαθὰ καὶ ἡδέα καὶ ἀηδέα, τὰ

[i] *μεταβολῇσι* Serv. e MSS. expp. Vat. Merc. in margine, Lind. [k] *νηπίοισι* Cod. Med. [l] *φλοιδᾷν* libri omnes, quod ita scriptum neque apud Erotianum neque apud Galenum in Glossariis invenitur p. 384 et 592. *αλιδᾷν* Galen. *ὑγραίνεσθαι*, *μυδᾷν* exposuit et re-

solvi et madescere cerebrum venasque esse laxiores est necesse, Aquilonibus autem cerebri sanissimum quidque concrescere, gravissimum vero sanitati atque humidissimum excerni ac foris circumquaque fluctuare itaque horum ventorum commutationibus defluere. Ita hic morbus oritur serpitque eorum, quae accedant decedantque, ratione neque quicquam reliquis est difficilior aut ad sanandum aut ad intelligendum nec divinior quam reliqui.

Attamen scire homines oportet, non aliunde nobis fieri voluptatem, hilaritatem, risum, jocum nisi e cerebro atque indidem dolorem, aerumnam, sollicitudinem, fletum illoque ipso potissimum sentimus, cogitamus, videmus, audimus, dignoscimus a turpibus honesta atque a malis bona atque ab injucundis jucunda

ceperunt mecum Lind. Mack. Num *πλαδᾷν*, in libro de aëre aq. et loc. ita usurpatum, sit legendum? [m] *ὑγρότατον* Serv. e MSS. Samb. [n] *ἀπιώντων* Cod. Med. [o] *ἀποῤῥωτέρη* Ald.

μὲν νόμῳ διακρίνοντες, τὰ δὲ τῷ ξυμφέροντι αἰσθανόμενοι, τῷ δὲ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ἀηδίας τοῖσι καιροῖσι διαγιγνώσκοντες· καὶ οὐ ταὐτὰ[p] ἀρέσκει ἡμῖν. τῷ δὲ αὐτῷ τούτῳ καὶ μαινόμεθα καὶ παραφρονέομεν καὶ δείματα καὶ φόβοι παρίστανται ἡμῖν τὰ μὲν νύκτωρ, τὰ δὲ μετ᾽ ἡμέρην, καὶ ἐνύπνια καὶ πλάνοι ἄκαιροι καὶ φροντίδες οὐχ ἱκνεόμεναι καὶ ἀγνωσίη τῶν κατεστεώτων καὶ ἀηθίη καὶ ἀπειρίη. καὶ ταῦτα πάσχομεν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου πάντα, ὅταν οὗτος μὴ ὑγιαίνῃ, ἀλλ᾽ ἢ θερμότερος τῆς (341) φύσιος γένηται ἢ ψυχρότερος ἢ ὑγρότερος ἢ ξηρότερος ἤ τι ἄλλο πεπόνθῃ πάθος παρὰ τὴν φύσιν ὃ μὴ εὐώθεε. Καὶ μαινόμεθα μὲν ὑπὸ ὑγρότητος. ὁκόταν[q] γὰρ ὑγρότερος τῆς φύσιος ἔῃ, ἀνάγκη κινέεσθαι· κινευμένου δὲ [τοῦ[r] πάθεος], μήτε τὴν ὄψιν ἀτρεμίζειν μήτε τὴν ἀκοὴν, ἀλλὰ ἄλλοτε ἄλλο[s] ὁρᾷν καὶ ἀκούειν, τὴν δὲ γλῶσσαν τοιαῦτα διαλέγεσθαι, οἷα ἂν βλέπῃ τε καὶ ἀκούῃ ἑκάστοτε. ὁκόσον[t] δὲ ἂν ἀτρεμήσῃ[u] ὁ ἐγκέφαλος χρόνον[x], τοσοῦτον καὶ

[p] ταῦτα libri omnes, exceptis Imp. Corn. Lind. Mack. Foesiana Lipsiensi editionibus. [q] ὅταν de insan. [r] Desunt in lib. cit. et per se ipsa sunt suspe-

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 68 sur 201

alia lege, alia distinguentes utilitate illiusque ope voluptates doloresque secundum tempora secernentes; neque nobis eadem semper placent; eodemque ipso furimus et desipimus indeque nos premunt formidines ac pavores tum noctu tum interdiu somniaque atque intempestivi errores curaeque vanae et rerum praesentium oblivio et negligentia inertiaque et imprudentia. Quae omnia perpetimur cerebro haud sano, verum natura aut calidiore aut humidiore aut sicciore aut alio quodam malo praeter consuetudinem affecto. Furimus enim, cerebro naturâ facto humidiore eaque re commoveri coacto; quod ubi commotum est, nec visum neque auditum sibi posse constare apparet, sed alio tempore aliud videre atque audire aegrotos linguamque talia enuntiare, qualia semper aut viderint aut audiverint. Quamdiu vero cerebrum conquieverit, tamdiu etiam homo mente constabit. At corrumpitur cere-

cta. [s] *ἀλλοῖα* l. c. [t] *ὅσον* l. c. [u] *ἀτρεμίσῃ* l. c. [x] *χρόνον* deest l. c.

φρονέει[y] ὁ ἄνθρωπος· γίγνεται δὲ ἡ διαφθορὴ τοῦ ἐγκεφάλου ὑπὸ φλέγματος καὶ χολῆς. γνώσῃ δὲ ἑκάτερα ὧδε. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ φλέγματος μαινόμενοι ἥσυχοί τέ εἰσι καὶ οὐ βοῶσι[z] οὐδὲ θορυβέουσι[a], οἱ δὲ ὑπὸ χολῆς[b] κεκράκται καὶ κακοῦργοι καὶ οὐκ ἀτρεμαῖοι[c], ἀλλὰ[d] αἰεί[e] τι ἄκαιρον δρῶντες. ἢν μὲν οὖν ξυνεχέως μαίνωνται[f], αὗται αὐτοῖσι[g] αἱ προφάσιές εἰσι· ἢν δὲ δείματα καὶ φόβοι παριστῶνται[h], ὑπὸ μεταστάσιος γίγνεται[i] τοῦ ἐγκεφάλου. μετίσταται δὲ θερμαινόμενος. θερμαίνεται δὲ ὑπὸ τῆς χολῆς, ὁκόταν ὁρμήσῃ ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον κατὰ τὰς φλέβας τὰς αἱματίτιδας ἐκ τοῦ σώματος. καὶ φόβος παρέστηκε, μέχρις ἀπέλθῃ πάλιν ἐπὶ[k] τὰς φλέβας καὶ τὸ σῶμα. ἔπειτα πέπαυται. ἀνιῆται[l] δὲ καὶ[m] ἀσῆται, παρὰ[n] καιρὸν ψυχομένου τοῦ ἐγκεφάλου καὶ[o] ξυνισταμένου παρὰ τὸ ἔθος. τοῦτο δὲ ὑπὸ φλέγματος πάσχει. ὑπὸ αὐ-

[y] *χρόνον* inseritur l. c. [z] *βοηταὶ* l. c. Imp. Samb. Impp. MSS. Vindd. Lind. [a] *θορυβώδεες* l. c. Lind. [b] *πλῆκται* inseritur l. c. [c] *ἠρεμαῖοι* l. c. [d] *ἀλλὰ* quod Lindenus uncis inclusum recepit, idem ego recipiendum putavi. [e] *καὶ εἴ τι* Ald. *ἀλλὰ* — *δρῶντες* desunt l. c. [f] *μαίνονται* Ald. [g] Deest l. c. [h] Deest l. c. [i] *γίγνεται* inserui e l. c., ubi, quae sequuntur, ita se habent: *τοῦ ἐγκεφάλου θερμαινομένου*

brum pituita et bile atque ita distinxeris utrumque. Qui pituita ad insaniam veniunt, sunt tranquilli nec clamant nec tumultuantur; qui vero bile insaniunt, clamatores sunt et malitiosi nec tranquilli, sed perpetuo absurda ineptaque moliuntur. Continui igitur furoris hae sunt causae; formidines autem et pavores oriuntur cerebri commutatione. Et commutatur quidem, ubi bile incaluit per venas sanguinem ferentes (haematitidas) e corpore ad cerebrum appulsa, unde pavore detinemur, donec rursus in venas corpusque refluxerit; quo facto, desiit. Perfrigerato vero praeter morem contractoque cerebro mirum in modum excruciantur et jactantur sicque pituita afficiuntur eodemque malo fiunt obliviosi.

ὑπὸ χολῆς ὁρμώσης ἐπ᾽ αὐτὸν κατὰ φλέβας τὰς αἱματίτιδας. ὅταν δὲ ἐπέλθῃ ἡ χολὴ πάλιν ἐς τὰς φλέβας καὶ τὸ σῶμα, πέπαυται. [k] κατὰ Serv. [l] ἀνεῖται Samb. Fevr. Lind. [m] καὶ operarum vitio omissum est in Foesiana utraque editione et antiqua et recentissima. [n] καὶ ἐπιλήθεται addit l. c. [o] ὑπὸ φλέγματος inserit l. c. Quae sequuntur in l. c. discedunt a nostris: ὅταν δὲ ἐξαπίνης ὁ ἐγκέφαλος διαθερμαίνηται ὑπὸ χολῆς κατὰ τὰς φλέβας τὰς εἰρημένας, ἐπιζέσαντος τοῦ αἵματος, ἐνύπνια ὁρέῦσι φοβερὰ καὶ ὡς ἐγρηγορότος τὸ

τοῦ δὲ[p] τοῦ πάθεος καὶ ἐπιλήθεται. ἐκ[q] νυκτῶν δὲ βοᾷ καὶ κέκραγε, ὁκόταν ἐξαπίνης ὁ ἐγκέφαλος διαθερμαίνηται. τοῦτο δὲ πάσχουσι οἱ χολώδεες, οἱ φλεγματώδεες δὲ[r] οὔ[s]. (342) διαθερμαίνονται δὲ[t], ἐπὴν τὸ αἷμα ἐπέλθῃ πουλὺ ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον καὶ ἐπιζέσῃ. ἔρχεται δὲ[u] κατὰ τὰς φλέβας πουλὺ τὰς προειρημένας, ὁκόταν τυγχάνῃ ὁ ἄνθρωπος ὁρέων ἐνύπνιον φοβερὸν καὶ ἐν τῷ φόβῳ ἔῃ. ὥςπερ οὖν καὶ εἰ ἐγρηγόρεε, τότε μᾶλλον τὸ πρόςωπον φλογιᾷ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρεύθονται, ὁκόταν φοβέηται, καὶ ἡ γνώμη ἐπινοέει τι κακὸν ἐργάσασθαι. οὕτω καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ πάσχει. ὁκόταν δὲ ἐπέγρηται καὶ καταφρονήσῃ καὶ τὸ αἷμα πάλιν ἀποσκεδασθῇ ἐς τὰς φλέβας τὰς προειρημένας, πέπαυται.

Κατὰ ταῦτα νομίζω τὸν ἐγκέφαλον δύναμιν πλείστην ἔχειν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. οὗτος γὰρ ἡμῖν ἐστι τῶν ἀπὸ τοῦ ἠέρος γιγνο-

πρόςωπον φλογιᾷ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρυθραίνονται καὶ ἡ γνώμη ἐπινοεῖ τι κακὸν ἐργάζεσθαι. τοῦτο καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ πάσχει. ὅταν δὲ τὸ αἷμα σκεδασθῇ πάλιν ἐς τὰς φλέβας, πέπαυται. [p] δὲ omisit Lind. [q] καὶ νύκτωρ Samb. Fevr. Lind. Mack. [r] δὲ omisit Lind. [s] [οὔ·] οὐ [γὰρ] διαθερμαίνονται Lind. arbitraria, non

Ast qui per somnum repentinos tollunt clamores, illud patiuntur cerebro derepente calefacto. Quod patiuntur biliosi, non pituitosi. Percalescunt vero, copiosus sanguis quotiescunque ad cerebrum accedit ibique ebullit. Accedit autem per venas, quas supra dixi, dum homines formidolosum aliquod cernunt somnium ac pavoribus turbantur. Ut si vigilarent, tunc magis facies ardet oculique prae pavore rubent et mens facinus meditatur patrare; eadem per somnum fiunt. Somno tamen excitos et resipiscentes, sanguine rursum in venas, quas antea dixi, diffuso, statim illud mali relinquit.

Quibus perpensis in homine cerebrum habere plurimam censeo potestatem. Namque illud, si sanum fuerit,

necessaria emendatione. t δὲ locum in alium transtuli; est enim in libris post ἐπιγὴν. δὴ Imp. Corn. Mack. Mirum quantum Lind. et Mack. in separandis atque interstinguendis his enuntiatis laborent. u δὲ omisit Lind.

μένων ἑρμηνεὺς, ἢν ὑγιαίνων τυγχάνῃ. τὴν δὲ φρόνησιν αὐτῷ ὁ ἠὴρ παρέχεται· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ καὶ τὰ οὔατα καὶ ἡ γλῶσσα καὶ αἱ χεῖρες καὶ οἱ πόδες, οἷα ἂν[x] ὁ ἐγκέφαλος γιγνώσκῃ, τοιαῦτα ὑπηρετέουσι. γίγνεται γὰρ[y] παντὶ τῷ σώματι τῆς φρονήσιος, ὡς ἂν μετέχῃ τοῦ ἠέρος. ἐς δὲ τὴν ξύνεσιν ὁ ἐγκέφαλός ἐστι ὁ διαγγέλλων. ὁκόταν γὰρ σπάσῃ τὸ πνεῦμα ὁ ἄνθρωπος ἐς ἑωυτὸν, ἐς τὸν ἐγκέφαλον πρῶτον ἀπικνέεται καὶ οὕτως ἐς τὸ λοιπὸν σῶμα σκίδναται ὁ ἠὴρ, καταλιπὼν[z] ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἑωυτοῦ τὴν ἀκμὴν καὶ ὅ,τι ἂν ἔῃ φρόνιμόν τε καὶ γνώμην ἔχον. εἰ γὰρ ἐς τὸ σῶμα πρῶτον ἀπικνέεται καὶ ὕστερον ἐς τὸν ἐγκέφαλον, ἐν τῇσι σαρξὶ καὶ ἐν τῇσι φλεψὶ καταλελοιπὼς τὴν διάγνωσιν, ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἂν ἴοι[a] θερμὸς ἔτι ἐὼν καὶ οὐχὶ ἀκραιφνὴς, ἀλλὰ ἐπιμεμιγμένος τῇ ἰκμάδι τῇ ἀπὸ τῶν σαρκῶν καὶ τοῦ αἵματος, ὥςτε μηκέτι εἶναι ἀκριβής. διότι φημὶ τὸν ἐγκέφαλον εἶναι τὸν ἑρμηνεύοντα τὴν ξύνεσιν.

(343) Αἱ δὲ φρένες ἄλλως οὔνομα ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκτημένον καὶ τῷ[b] νόμῳ,

[x] καὶ Ald. inserit. [y] δὲ Serv. loco γάρ. [z] καταλελοιπὼς Samb. Fevr. Lind. Mack. [a] εἴη Ald.

eorum, quae ab aëre fiunt, nobis erit interpres. Aër autem ei tribuit sensum atque oculi, aures, lingua, manus, pedes, quae cogitaverit cerebrum, illa subministrant, quibuscum omnibus sensus a cerebro ita communicatur, prout ipsum acceperit aërem. Ac mentis cerebrum est internuntius. Nam spiritus modo ductus primum cerebrum adit itaque in reliquum corpus aër distribuitur, in cerebro subtilissimis elementis iisque, quae sensu menteque pollent, relictis. Qui si primum corpus adiret posteaque cerebrum, in carnibus venisque deposita ratione, ad cerebrum veniret adhuc calidus, non purus, sed carnium sanguinisque humori admistus, ut non amplius esset sincerus. Ideo cerebrum mentis interpretem esse arbitror.

Praecordia vero, quae Graeci *φρένας* appellant, illud nomen magis casu et

Frob. Merc. *ἴῃ* Serv. Imp. Corn. Lind. Mack. *ἴοι* scripsi. [b] *τῷ νόμῳ τῷ δέοντι οὐδὲ τῇ φύσει* Ald. *μόνῳ*

τῷ δὲ ἐόντι οὔκ, οὐδὲ τῇ φύσι, οὐδὲ οἶδα ἔγωγε τίνα δύναμιν ἔχουσι αἱ φρένες, ὥςτε φρονέειν τε καὶ νοέειν, πλὴν εἴ τι ὁ ἄνθρωπος ὑπερχαρείη[c] ἐξ ἀδοκήτου ἢ ἀνιηθείη, πηδῶσι καὶ ἄσην[d] παρέχουσι ὑπὸ λεπτότητος καὶ ὅτι ἀνατέτανται μάλιστα ἐν τῷ σώματι καὶ κοιλίην οὐκ ἔχουσι, πρὸς[e] ἣν δέξονται[f] ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν προςπίπτον, ἀλλὰ ὑπὸ ἀμφοτέρων τούτων τεθορύβηνται διὰ τὴν ἀσθενίην τῆς φύσιος· ἐπεὶ αἰσθάνονταί γε οὐδενὸς πρότερον τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ἀλλὰ μάτην τοῦτο τοὔνομα ἔχουσι καὶ τὴν αἰτίην, ὥςπερ τὰ πρὸς τῇ καρδίῃ, ἅπερ οὔατα καλέεται, οὐδὲν ἐς τὴν ἀκοὴν ξυμβαλλόμενα. λέγουσι δέ τινες, ὥς φρονέομεν τῇ καρδίῃ καὶ τὸ ἀνιώμενον τοῦτό ἐστι καὶ τὸ φροντίζον. τὸ δὲ οὐκ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ σπᾶται μὲν ὥςπερ αἱ φρένες καὶ μᾶλλον διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. ἐξ ἅπαντος γὰρ τοῦ σώματος φλέβες ἐς αὐτὴν ξυντείνουσι καὶ ξυγκληΐσιας ἔχει, ὥςτε αἰσθάνεσθαι, ἤν τις[g] πόνος ἢ ξύστασις γίγνηται τῷ ἀνθρώπῳ. Ἀνάγκη γὰρ[h] καὶ

τῷ δέοντι οὐδὲ τῇ φύσει e MSS. M. Cordaei Serv. c. ὑπερχαρῇ libri omnes. d ἄλσιν Merc. in marg. Lind. Mack. e πρὸς (ἐς Lind. Mack.) ἥντινα δέξα–

fortuito usuque quam ratione aliqua et observatione et natura habent inditum neque equidem intelligo, quam vim habeant ad sentiendum et cogitandum, nisi quod, homine necopinato aut laetitia exsultante aut dolore confecto, exsiliunt anguntque propter tenuitatem et quia in corpore ita sunt distensa, ut quum maxime nullumque habent cavum, in quod aut bonum aut malum, qualecunque appellit, recipiant, sed ab utroque propter innatam infirmitatem sollicitantur nec sentiunt sane quicquam melius priusve ceteris, quae corpori insunt, partibus, verum illud nomen frustra habent causamque, velut cordis auriculae, quas vocant, nihil juvantes auditum. Atqui sunt, qui dicant, corde nos sentire atque illud et dolere et cogitare. Quod non ita se habet, sed contrahitur, ut praecordia, idque magis ob easdem causas. Nam e toto corpore venae ad cor contendunt, quas valvis conclusas coërcet, ut dolorem

σϑαι χρὴ Fevr. Lind. Mack. f δίξωνται Foesiana utraque editio et antiqua et recens. Futurum est in Ald. Frob. Merc. g τε Samb. h δὲ loco γὰρ



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 77 sur 201

ἀνιώμενον φρίσσειν τὸ σῶμα καὶ ξυντείνεσθαι καὶ ὑπερχαίροντα[i] τωὐτὸ[k] τοῦτο πάσχειν. διότι ἡ καρδίη αἰσθάνεταί τε μάλιστα καὶ αἱ φρένες· τῆς μέντοι φρονήσιος οὐδετέρῳ μέτεστι, ἀλλὰ πάντων τουτέων ὁ ἐγκέφαλος αἴτιός ἐστι. ὥςπερ οὖν καὶ τῆς φρονήσιος καὶ τοῦ ἠέρος πρῶτος αἰσθάνεται ὁ ἐγκέφαλος τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, (344) οὕτω καὶ ἤν τις μεταβολὴ ἰσχυρότερον[l] γένηται ἐν τῷ ἠέρι ὑπὸ τῶν ὡρέων, καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ διάφορος γίγνεται[m] ἐν τῷ ἠέρι. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος διὰ τοῦτο πρῶτος αἰσθάνεται, διότι καὶ τὰ νουσήματα ἐς αὐτὸν ἐμπίπτειν[n] φημὶ ὀξύτατα καὶ μέγιστα καὶ θανατωδέστατα καὶ δυςκριτώτατα τοῖσι ἀπείροισι.

Αὕτη δὲ ἡ νοῦσος ἡ ἱρὴ καλεομένη ἐκ[o] τῶν αὐτῶν προφασίων γίγνεται ἀπ᾽ ὧν καὶ αἱ λοιπαὶ, ἀπὸ τῶν προςιόντων καὶ ἀπιόντων, οἷον ψύξιος, ἡλίου, πνευμάτων μεταβαλλομένων καὶ μηδέκοτε ἀτρεμιζόντων. Ταῦτα δέ ἐστι θεῖα, ὥςτε μηδὲν διακρίνοντα τὸ νούσημα θειότερον τῶν

Samb. Lind. Mack. [i] ὑπερχαῖρον Serv. e MSS. Lind. [k] ταὐτὸ πάσχειν Lind. [l] ἰσχυροτέρη Serv. e MSS.

et perturbationem sentiat hominem invadentem. Corpus enim, dum dolet, inhorreat et contrahatur idemque illud, dum exsultat, patiatur necesse est. Quamobrem cor et praecordia maxime sentiunt; sapientiae tamen rationisque sunt expertia illorumque omnium est auctor cerebrum. Itaque quemadmodum et sapientiam et aërem sentit cerebrum inter omnes, quae corpori sunt partes, primum, ita aëris graviore aliqua mutatione ab anni temporibus facta et ipsum a se ipso differt in aëre. Ideo enim cerebrum primum sentit, quod etiam morbos ipsum corripere puto acutissimos et maximos et vitae periculosissimos et inexpertis judicatu difficillimos.

Quae quum ita sint, hic morbus, quem sacrum vocant, ex iisdem oritur causis ac reliqui, videlicet ex iis, quae accedunt deceduntque, ut frigore, sole, ventis mutantibus et nunquam quiescentibus. Atque ea quidem sunt divina, ut hunc morbum ducere reliquis morbis diviniorem

Lind. Mack. [m] γίνηται Ald. Lind. [n] ἐμπίπτει Ald. et Vatt. expp. [o] ἀπὸ Fevr. Samb. Lind. Mack.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 79 sur 201

λοιπῶν νουσημάτων νομίζειν, ἀλλὰ πάντα θεῖα καὶ ἀνθρώπινα πάντα. φύσιν δὲ ἔχει ἕκαστον καὶ δύναμιν ἐν ἑωυτῷ, καὶ οὐδὲν ἄπορόν ἐστι οὐδὲ ἀμήχανον. Ἀκεστά τε τὰ πλεῖστά ἐστι αὐτοῖσι τούτοισι ἀπ' ὁτέων καὶ γίγνεται· ἕτερον γὰρ ἑτέρῳ τροφή ἐστι, τῷ[p] δὲ κάκωσις. τοῦτο οὖν δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐπίστασθαι καὶ[q] τὸν καιρὸν διαγιγνώσκειν ἑκάστου, ὡς[r] ἂν τῷ μὲν ἀποδώσει[s] τὴν τροφὴν καὶ αὐξήσει, τῷ δὲ ἀφαιρέσει καὶ μειώσει. χρὴ δὲ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ νούσῳ καὶ ἐν τῇσι ἄλλῃσι ἁπάσῃσι μὴ αὔξειν τὰ νουσήματα, ἀλλὰ σπεύδειν τρύχειν προσφέροντας τῇ νούσῳ τὸ πολεμιώτατον ἑκάστῃ, μὴ[t] τὸ φίλον καὶ ξύνηθες. ὑπὸ μὲν γὰρ τῆς ξυνηθείης θάλλει καὶ αὔξεται, ὑπὸ δὲ τοῦ πολεμίου φθίνει καὶ ἀμαυροῦται. ὅςτις δὲ ἐπίσταται ἐν ἀνθρώποισι τὴν τοιαύτην μεταβολὴν καὶ δύναται ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ποιέειν καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὑπὸ διαίτης τὸν

[p] τὸ δὲ Ald. et Vat. expp. [q] καὶ deest in Ald. [r] Verba proxima in vulgatis editt. ita leguntur: ὡς ἂν τὸ μὲν ἀποδώσει τροφῇ καὶ αὐξήσει, τὸ δὲ etc. Lindenus autem: ὡς ἂν τὸ μὲν ἀποδῷ τῇ (Serv.) τροφῇ etc Mackius e Cod. Vindob. MSS. IV. hunc locum, quem corruptum esse Foesius jam suspicabatur, emendasse mihi

plane non liceat, sed omnes divini omnesque humani sint habendi. Attamen sua cuique est natura et potestas nullusque per se ipse penitus caret curatione et medela et plerique omnes, unde oriuntur, iis ipsis persanantur. Alterum enim alteri est aut alimentum aut damnum. Quod medicum probe scire decet atque uniuscujusque distinguere tempora, ut modo nutritionem sustentet atque augeat, modo attenuet atque imminuat. Oportet autem et in hoc morbo et in reliquis non augere morbos, sed festinanter atterere adhibendo, quae cuique morbo maxime adversa, non familiaria amicaque sunt. Namque ab iis, quae consueta sunt, robur capit augeturque, ab inimicis autem debilitatur atque infringitur. Quicunque igitur in hominibus talem mutationem efficere calluerit potueritque hominem diaeta humidum siccumque, calidum frigidumque reddere,

videtur, cujus verba haec sunt: (Mackii praef. I. p. II.) ὡς ἂν τῷ μὲν ἀποδώσει τὴν τροφὴν καὶ αὐξήσει, τῷ δὲ ἀφαιρέσει (ἀφαιρήσει Mack.) καὶ κακώσει. [s] ἀπολύσει Imp. Corn. [t] καὶ μὴ Fevr. Samb. Lind. Mack.

ἄνθρωπον, οὗτος καὶ ταύτην τὴν νοῦσον ἰῷτο ἂν, εἰ τοὺς καιροὺς διαγιγνώσκει τῶν ξυμφερόντων, ἄνευ καθαρμῶν καὶ μαγευμάτων καὶ πάσης ἄλλης βαναυσίης τοιαύτης.

is profecto et huic morbo medebitur, remediorum consideratis temporibus opportunis, sine piaculis et praestigiis et reliqua id genus quaestuosa et sordida professione.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 84 sur 201

# QUAESTIONES

ET

# OBSERVATIONES

IN

HIPPOCRATIS

DE MORBO SACRO

LIBELLUM.

In Hippocratis operibus interpretandis atque explicandis inde a summa memoria viros locupletissima eruditione eximios eosdemque diuturno huic studio addictos industriam posuisse commendabilem, referentibus etsi rerum medicarum fastis illorumque virorum posteritati reservatis commentariis fidem laudemque derogare nolimus, nostris tamen et proximis temporibus non modo illis, quae antiquior feliciter invenerat aetas, nulla accessisse incrementa, sed ne ab oblivione quidem vindicata esse librosque illos pariter ac Hippocratis ipsa opera bibliothecarum situ inhonesto apud nos squalere, si vera fateri volumus, libere et ingenue est confitendum. Nam plerique omnes, quibus in arte medicina operam tempusque hoc saeculo consumere est consilium, literarum physicarum abrepti celebritate, quae antea medicinae stipatores et satellites tyrannum suum pristinum, haud immerito subjectum, nunc moderantur, arte sa-

lutari si non prorsus omissa, rebus physicis saltem posthabita, gradus addunt, ut illarum literarum rectores laudatissimos aut assectentur aut, id quod gloriosius esse autumant, doctrinae copia praecurrant. Quorum omnium meritorum non est quod inepto faciam officio praeconia, quae nulla re magis commendari posse mihi videntur quam cultorum multitudine et rerum utilitate. Est vero colentium tanta frequentia rerumque repertarum tanta strues, ut nostrûm nemo unus, cui vera pulcraque sunt cordi, se abnegaverit per tempus aliquod illarum literarum attentum discipulum posteaque laetum progressuum comitem. Sed ut plerumque in humanis rebus ex bonis nexa suspensaque esse solent mala, ita nimiis illis studiis alia, istis nec minus honesta neque utilia minus sunt explosa fere et profligata, ut nitidis illis composita studiis eo satius suam ostentent deformitatem. In quibus praeter alia omnium antiquissima, quae nominare nec meum est neque hujus loci, ipsum antiquorum medicorum, praecipue Graecorum ponitur studium, quorum opera philologorum ubique terrarum, inprimis in Germania, florentissima cohors, intenta antiquitatis scriptoribus emendandis, intacta adhuc relinquit propter rerum medicarum inscitiam, medicum eundemque criticae artis gnarum opperiens, qui utraque illa doctrina instructus Hippocratem, quem propter formarum singularium novarumque abundantiam

solam isti sibi putant adeundum rerum incuriosi, Galenum, Aretaeum, alios eo usque evehat elegantiae et honoris, ut ad ceterorum Graeciae scriptorum gloriam laudemque aspirare ipsos non pudeat. Unus est Hippocrates, toties a Galeno recte cognominatus ὁ θαυμασιώτατος, qui et ipse medicorum principem et vita et libris studuit exprimere, unus hic ille artis medicae est parens, cujus opera aliquot hoc ipso, quo vivimus, saeculo Parisiis castigatiora atque elegantiora prodierunt, e quibus Corayanam de aëre, aquis et locis libelli editionem, quae prima in lucem prodiit a. 1800 duobus voluminibus, etsi seni illi amabili non omnibus partibus absolutum sit opus, cujusvis Hippocraticorum librorum editionis aliquando adornandae exemplar esse existimavi. Kuehniana autem recens secundum Foesium excusa editio, qualiacunque praestabit commoda editori futuro, nunquam sordescere poterit. Nam quamvis virum juvenem cerulas miniatulas extimescentem dedeceat senum imminuere laudes eorumque attentare merita, quae posteritatis severiore judicio aptius aut reprehendi aut collaudari solent, detectos nec suppressissem errores nec reticuissem vituperia. Ita vero commentariolo meo praefari haud potui supersedere, ut quam ancipiti planta figenda mihi fuerint in novo paene nunc temporis solo vestigia, intelligatur.

Restat, ut moneam lectores benevolos, me

praeter editiones in variis lectionibus saepissime allegatas aliis omnibus caruisse subsidiis et in adnotationibus si quos omisero locos aptissime comparandos, juventuti meae id condonandum esse, quum quoad ejus fieri hic loci et pro ea aetate potuit, omnia unde emolumenta opusculo meo redundatura esse speraverim, indefesso pervolutaverim studio. Perfectissimum autem omnibus numeris libellum meum edere ac doctissimis ornare commentariis nec volui nec potui. Quem si aliquot rationibus vobis habueritis commendatum, faces et calcar addetis viribus meis, ut cum compendio, quae deliquero, sim aucturus.

## I.

### *De hujus libelli auctore.*

Jam primum omnium quaestionem mihi video esse paratam, quam an sustinere possim quum ipse ferar dubius, ne tangendam quidem mihi fuisse probe intelligo. Atque sane totam de auctore hujus libelli disputationem, qua propter virorum doctorum judicia inter se valde dissidentia nihil potest esse difficilius, praecidissem ut tenuem ac pusillam, nisi truncam commentarioli mei frontem vitio mihi posse justissime verti noluissem. Tanta enim est in librorum Hippocrateorum compagine et in rebus

et in oratione differentia, a Barchusenio[a] in Hippocratis inconstantiam collata, tanta apud antiquissimos interpretes de librorum auctoribus dissensio, ut qui postea lites illas composuisse novo, quod interposuere, judicio sibi sunt visi, non modo rem ad liquidum exploratam melius explicuerint, verum etiam magis confuderint. Qui quum coelum ac terras miscuissent librorumque ordinem alii alium instituissent aut fortuitum aut rationibus diversissimis fultum, vir doctissimus H. F. Link[b], quaeri plane non posse, qui libri ab Hippocrate Magno, Gnosidici pronepote, aliisve ei cognominibus medicis fuerint conscripti, utpote qui a sex auctoribus disciplina et tempore diversis proficiscantur, non sine probabilibus adseveravit argumentis. Auctores autem, qui condiderint libros, quos Hippocrati omni aetate esse adscriptos e communi colligimus congerie, extitisse plures haud scio an nunquam habuerint ambiguum, qui post peractam accuratam lectionem libros omnes sedulo inter se comparaverint. Definitum vero, id quod justo ambigitur, auctorum numerum etiamsi computari posse concedam, cujus, quaeso, tantum interest, quot fuerint librorum Hippocrateorum auctores, si nunquam, scrupulo quolibet exemto, liquere posse desperet, Hippocratis

[a] Hist. med. dial. IX. p. 186.

[b] Abhandl. d. Königl. Acad. d. Wissensch. in Berl. in d. Jahr. 1814 u. 1815.

Magni quoque aliquot saltem libellos nondum esse deperditos? Neque tamen injuria temporum, quorum invidis dentibus omnia circumroduntur exesaque tandem intereunt, quod hoc versu probatur [c]

*Πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ,*

ac librariolorum incuria factum esse conquerendum est, ut illius Hippocratis, quem Socratis temporibus artem exercuisse medicinam Plato [d] et auctor est locupletissimus et in natura corporis humani interpretanda religiose secutus [e] est, quem Galenus unum Asclepiadarum [f] choragum adpellat et tam enixe explanavit, nulla amplius extare opera certissime possit affirmari. Nostrum enim, quem in manibus habemus etsi vitiatum multifariam et insiticiis centonibus

[c] Habet Galenus hunc versum de temperament. III. 4. (III. 84. Chart.) et de loc. affect. I. 2. (VII. 387.)

[d] Platon. Phaed. p. 88. *Σ. Ψυχῆς οὖν φύσιν ἀξίως λόγου κατανοῆσαι οἴει δυνατὸν εἶναι ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως; Φ. Εἰ μὲν Ἱπποκράτει [τε] τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι, οὐδὲ περὶ σώματος ἄνευ τῆς μεθόδου ταύτης.* Protag. p. 311. Steph. (p. 153. Bekk.) *ὥσπερ ἂν εἰ ἐπενόεις παρὰ τὸν σαυτοῦ ὁμώνυμον ἐλθὼν Ἱπποκράτη τὸν Κῷον τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν ἀργύριον τελεῖν* etc.

[e] Galen. de usu part. I. 8. (IV. 289.) *ζηλωτὴς ὢν Ἱπποκράτους Πλάτων, εἴπερ τις ἄλλος, καὶ τὰ μέγιστα τῶν δογμάτων παρ᾽ ἐκείνου λαβών.*

[f] Galen. de usu part. IV. 2. (IV. 371.) *Ἱπποκράτης τε καὶ πᾶς ὁ σὺν αὐτῷ χορὸς τῶν Ἀσκληπιαδῶν.*

atque interpolationibus indubitate operosius depravatum, Hippocratem Plato sectatur tacite et prae ceteris Galenus toties excitat auctorem ac testem, expressis divi senis ipsius verbis, ut Pergamenum philosophum et medicum si ingenii acumine et judicii sinceritate excelluisse dixerimus, modo latum judicium iidem rescindamus, qui falsi, quem ipse verum tamen habuit, Hippocratis opera tantis dilucidasse commentariis Galenum ponimus. Galenum autem, perdiligentem et subacti ingenii virum, qui veros Hippocratis libros, quos perpetuo illustraret commentario, quasi per incerniculum excussit et multus fuit in aliorum judiciis confutandis, quamvis eum criticae artis non adeo peritum fuisse credamus, ut nostri saeculi aequiparasse hujus artis columina sit dicendus, satis nobis genuinos commonstrasse fontes, credere summa ratio est. Nam promissis quidem, quibus se libellum esse compositurum de libris Hippocrati aut adscribendis aut abjudicandis aliquoties spoponderat, aut ipse non stetit, aut libelli facta est jactura; sed nihilo secius, quandoquidem in plurimis operibus quorundam librorum tnetur vetustatem et in recensitis [g], quae commentatum se esse refert, Hippocratis operibus eorum,

[g] Galen. περὶ τῶν ἰδίων βιβλ. Ald. IV. p. 3. b. Huc refero locum alterum Gal. Comment. II. in Epid. III. prooem. Ald. V. 194. a. ἀπὸ τῶν γνησιωτάτων καὶ χρησιμωτάτων Ἱπποκράτους βιβλίων ἠρξάμην.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 93 sur 201

qui Hippocrati Magno explorate adsignantur, librorum indigitamentum quoddam sive elenchum adumbravit, sponsionem faciamus acceptam. Huc accedit, quod Palladius, Lud. Lemosius, Hier. Mercurialis, Albert. Hallerus, Grunerus, Grimmius tantum non omnes, quos Galenus Hippocratem habere auctorem enuntiaverat, libros, his illis pro arbitrio aliorumque in ludibrium, ut saepe videtur, aut omissis aut adjectis, et ipsi agnoverunt legitimos. Singularis denique nobis legentibus exoritur vel innascitur illorum, quos dixi, librorum auctoritas, quae dubio animo licet depressa tamen vim suam inexplicabilem tam fortiter sibi vindicat, ut quo magis eam aspernamur, eo magis tacitis augescat incrementis. Quam ni Linkius quoque sensisset, postea genuina a spuriis docte discerpere opera recusasset.

Jam vero arctis et arctioribus mihi sermunculus meus coercendus est cancellis, ne prolixius de omnium operum Hippocraticorum auctoritate disserendo constitutos opusculo meo evager terminos, praesertim quum totam hanc quaestionem nihil me attinuisse in confessa apud omnes hujus de morbo sacro libelli indole subditicia qui credant, fortasse haud defuerint.

Itaque ad hujus libelli auctoritatem aut defendendam aut refringendam aggressus initium ducam a brevi, quid alii de hoc libro judicaverint, enarratione, ut ea absoluta postea judicio

cuidam et ipse subscribam vel, si minus ceterorum mihi placuerint sententiae, novum et faciam et probem argumentis. Xenocritus autem, Cous grammaticus, qui primus[h] omnium Hippocratis vocabula exoleta et oblivia, quae *γλώσσας* esse appellata Galenus[i] perscripsit, ab Erotiano exposuisse dicitur, Bacchius[k] Tanagraeus, Philinus, Empiricae pater disciplinae, Euphorio, alii (grammatici[l] enim celebriores ad unum omnes hunc scriptorem non neglexerunt) quid de auctoritate et vetustate hujus libelli statuerint, nescius statim ad Erotianum, qui illis omnibus aetate posterior neque ambiguam Epiclis[m] brevitatem, nec molestam Glauciae loquacitatem in explicandis pervetustis vocibus se esse imitaturum profitetur, ventum est. Qui quum quatuor Hippocratis librorum omnium constituisset ordines[n] primum *σημειωτικῶν*, deinde *αἰτιολογικῶν καὶ φυσικῶν*, tum *θεραπευτικῶν*, denique *ἐπιμίκτων*, nostrum secundo inseruit ordini libellum; quo facto eum libri neque

h Erot. p. 6. Franz. *πρῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξαπλοῦν φωνάς.*

i Galen. Gloss. p. 400. Franz. *ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δ᾽οὐκέτι ἐστὶ, τὰ μὲν τοιαῦτα γλώττας καλοῦσι.*

k Erot. p. 8.

l Erot. p. 12. *τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅς τις ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα.*

m Erot. p. 16. 17.

n Erot. p. 22.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 95 sur 201

auxisse neque imminuisse auctoritatem existimari posset, nisi illud mihi ad fidem videretur esse pronius. Verisimillimum enim fuisset, eum, auctoritatis afflictorem et perditorem, addidisse iterum *ἅς*[o] *οὐκ ἔστιν Ἱπποκράτους, ἐν ἄλλοις δείξομεν*, quae verba supra prorrheticis apposita libris leguntur. Quemadmodum autem ex Erotiano alterutrum ita colligi nequit judicium, ut contraria affirmantibus nullas relictas esse rationes pateat, ita Galeni quoque testimonia, ad quorum unum provocavit Joan. Alb. Fabricius tanquam indicium auctoritatis haud controversum, ita esse comparata mihi videntur, ut judicium indubiae auctoritatis, quo Hippocratis esse autographum luce fiat clarius, non proloquantur disertissime, nec vero de dignitate et gloria hujus libelli quicquam detrahant. Quod quo melius fiat perspicuum, exsignabo breviter Galeni duos apud Fabricium laudatos locos. Primus est in p. VI. Comment. in Epid. VI. Ald. V. p. 252. b. atque haec sunt verba: *ἱερὰν δὲ νόσον ἔνιοι κατὰ ψευδῆ δόξαν ὠνόμασαν, ὡς κἂν τῷ περὶ τῆς ἱερῆς νόσου συγγράμματι δεδήλωται.* Alter, ubi diserte asserere Hippocratis esse Galenum ait Fabricius, in Comm. I. in Hippocrat. Prognost. Ald. V. p. 59. ita est: *ἐν δὲ τῷ περὶ ἱερῆς νόσου καὶ πλείω γέγραπται πρὸς ἔλεγχον τῶν οἰομένων ὑπὸ θεῶν γίγνεσθαι τὰ νοσήματα.* Quibus tertium addam locum, qui haud meliorem

[o] Erot. p. 22.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 96 sur 201

fidem faciet, hunc nostrum libellum ab Hippocrate Magno esse ortum, e Comment. in libr. de articul. Ald. V. 273. exscriptum: *πρόβατα νῦν εἶπεν ἅπαντα τὰ βοσκήματα, καθάπερ ἐν τῷ περὶ ἱερῆς νόσου γέγραπται κατὰ λέξιν οὕτως· οὐκ ἔστιν ἄλλο πρόβατον οὐδὲν ἢ βόες καὶ αἶγες.*

Sed venio ad Caelium Aurelianum, Sorani majoris imitatorem diligentem, non[p] merum interpretem atque excerptorem latinum, qui[q] nostrum de morbo sacro librum ad Hippocratem refert auctorem, cui tamen, methodicae ut assectatori scholae, non ita multum tribuendum est commendatori; ne diversum quidem a ceteris si misisset calculum, quicquam commoveremur. Scholam enim istam sequiorem repudiato plerumque literarum ingeniique omni cultu infamem esse antiquitus jam percrebuerat et ortam a Themisone, Asclepiadis disciplulo, Bithynici jactatoris in urbe Romana celeberrimi

[p] L. W. Sachs de accurat. rheumat. et arthrit. diagn. prodrom. Lips. 1827. p. 25.

[q] Cael. Aur. Morb. diut. I. 4. p. 319. ed. Amman. Hippocrates de epilepsia scribens communiter ait: quisquis in humano corpore agnoverit siccandi vel humectandi aut frigidandi vel calefaciendi causas, idem etiam istius passionis poterit videre rationem. Atque addit gravatus, ac si Hippocrates, curatione, quam omisit dedita opera in libro aetiologici argumenti, oscitanter pertractata, in justam cadat vituperationem: et neque quomodo, neque ex quibus, neque quando, vel quousque haec fieri debeant, tradere curavit.

et circulatoris honestissimi et acceptissimi, cujus eloquentiam in revincendis ceteris medicis Cicero [r], qui eo medico amicoque est usus, medicinae, non eloquentiae fuisse facultatem non sine labore contendit, magna quidem minari laetamque excitare exspectationem potuisse, sed parum postea hominum opinioni respondisse constitit. Atque ipse Caelius Aurelianus reprehensionem istam ut redarguat tantum abest, ut justam esse, nos illud propter rerum [s] plurimarum admirabilem veritatem addubitantes barbara sua dictione in Scribonio Largo itidem pergraviter corripienda uberrime edoceat.

Quibus antiquorum scriptorum exsatiati documentis ad recentiores librorum Hippocrateorum descendimus censores, Lemosium et Mercurialem, quorum censurae iisdem fere annis, Salamanticae altera, altera Venetiis prodierunt. Qui quamquam sibi invicem fuerant ignoti, eo tamen praeter alia multa utrique inventa atque communia ambobus judicia secum consenserunt, quod hunc de morbo sacro libellum uterque spurium declararunt. Namque Lemosius, qui Galenum potissimum est secutus in constituenda librorum dignitate, quendam Hippocraten, Draconis filium, et Mercurialis [t] nullum, quem certo hunc librum scripsisse autumemus, nominat au-

[r] Cic. de orat. I. 14.
[s] Hecker Gesch. d. Heilkd. Berl. 1822. I. p. 423.
[t] Hipp. ed. Mercurial. Class. III. p. 356.

ctorem. Nec vero eum latuit, in nonnullis manuscriptis antiquis legi adscriptum, Philotimum[u] esse hujus libelli conditorem, medicum Praxagoreum, quem cum socio Herophilo, inter dogmaticae disciplinae asseclas facile principe, frequentasse et fatuum amentemque hominem, qui capite carere sibi videbatur, supra reliquam curationem plumbeo[x], quo gravatus melius capitis sentiret pondus, pileo persanasse dicitur. Quae unde manaverit opinio, velim scire; quod dum fiat, neque illud negare neque affirmare potius est.

Quid vero fuerit, quod Andr. Caesalpinus in arte medica et Antonius Ponce de Sancta Cruce in praelectionibus Vallisoletanis in hunc libellum Democritum, quem instituisse Hippocratem nostrum atque mutua benevolentia alienatum [y]

u Cels. VIII. 20. Galen. de sanguine in art. 8. (III. 163.) de atra bile 1. (III. 165.) de Hipp. et Plat. placit. VI. 7. (V. 197.) de medic. et gymnast. 38. (VI. 33.) de tuend. sanit. IV. 6. (VI. 128. 129.) de aliment. facult. I. 12. (VI. 318.), in quibus libris Philotimi *περὶ τροφῆς* opus saepe laudatur.

x Aet. Amid. lib. medic. Ald. p. 102. b. *Ὁ δέ τις οὐδὲ κεφαλὴν ἔχειν τὸ παράπαν ᾤετο. πρὸς ὃν ἐξευρεῖν ὁ Φιλότιμος λέγεται, πρὸς τῇ ἄλλῃ θεραπείᾳ τὸν πηλὸν τὸν μολίβδινον, ὑφ᾽ οὗ βαρυνόμενος συνίει τῆς κεφαλῆς.*

y Hipp. Epist. p. 901. Lind. *καὶ νύκτα καὶ ἡμέρην γελῶν ἕκαστα μικρὰ καὶ μεγάλα μηδὲν οἰόμενος εἶναι τὸν βίον ὅλον διατελέει.* p. 907. *Δημόκριτος ὑπὸ σο-*

mente, ut putabant Abderitae, ab eo esse sanatum fama obtinuit, habuerint auctorem, sum ignarus, quorum opera, ut legendo percurrerem, mihi non contigisse perdoleo.

Anutio autem Foesio in dijudicandis Hippocratis veris libris a falsis anxio et trepido pueri[z] instar, Jul. Caes. Scaligero[a], Jacob. Sponio[b], qui in universum Mercurialis arbitrium in disponendis Hippocrateis operibus summopere notat inconsideratum et nostri quoque libelli suscipit patrocinia, Trillero comprobata est genuina hujus libri origo.

Ac longe quidem aliter sentit Alb. Hallerus Bibl. med. pract. I. p. 69. cujus ipsa verba, ut appareat, scriptoris in rebus medicis ingenuisque literis ut nemo magis eruditi nomen etsi promeruisse videatur, quam parum alibi viderit et quam levi opera multoties defungatur, succinctum simul complectentia argumentum, mihi adferre allubescit: elegans libellus, sed ab Hip-

*φίης μετῴκισται· εἶτ᾽ οὐκέτι ὁρέων τοὺς ἐν τῇ πόλι ἄτε τηλοῦ ἐκδεδημηκὼς δοξάζεται μανίης νοῦσον διὰ τὸ φιλέρημον.*

[z] Chr. God. Gruner Bibl. d. alt. Aerz. I. 27.

[a] Scalig. in Comment. in Hipp. de Insomn. Giess. 1610. p. 33. Quod autem deorum potestati aegritudines sint attributae, scribit etiam in libro de virginum morbis (p. 356. L.) et in libro de morbo sacro: quo in loco expiatores insectatur, qui non supplicationibus, sed vanis superstitionibus medicari aggrediuntur.

[b] Jac. Spon. Hipp. Aphoris. Lugd. 1689. 12. praef.

pocratica simplicitate remotissimus, totus est in ratiociniis, neque absque anatomico experimento, aut absque accurata satis humanae anatomes cum bestiarum incisionibus comparatione. Habet tamen Erotianus et veteres passim citant. Dictio fusa. Scopus est ostendere, nihil in hoc morbo divini esse, qui a cerebro non satis purgato oriatur et a pituita et ab aëre, qui per respirationem recipiatur; ipsum etiam aërem in homine sapientiae esse causam. — Ab Hippocratica scilicet simplicitate alienissimum totumque in ratiociniis esse hunc libellum, quoniam collibitum est Hallero credere, ad alium quemcunque pertinere auctorem, haud ignobilem, statuere posse jure suo sibi est visus. At quae illa tandem est simplicitas Hippocratis, ad quam tanquam ad obrussam sive amussim ceteros libros possimus exigere? Quid ais? Ain' vero, illam cogitandi scribendique rationem, quam in veris, quae Hippocratis esse tu posuisti, deprehendimus operibus, nisi in ceteris invenerimus, pro explorato te fore habiturum, nothis illum esse accensendum libris? Audio. Simplicitatem autem Aphorismorum, Praedictorum secundi, morborum popularium primi et tertii libri, aliorum, qui in singulis pronuntiatis placitis vel singulorum morborum historia nude exponenda versantur, omnium librorum habere legem censoriam nihil aliud esset nisi, ut proverbium ait, Herculis cothurnos

aptare infanti. Quodsi illorum librorum simplicitate, quam dicunt, ceterorum quoque metiri auctoritatem nefas est, ratiocinia, quibus scatere hic liber dictus est, si tibi videtur, expromas diversa ab illis, quae in veris Hippocratis leguntur operibus v. c. in libris de natura hominis, de aëre, aquis et locis etc. Hunc autem potissimum libellum ratiociniorum esse pleniorem et ditiorem argumentationibus, quis mirabitur, nisi forte in libris argumento et proposito miratur esse satisfactum? Haec fere sunt, quibus rejectaneas esse Halleri rationes, quas tali insignire nomine dubitaverim, ostendere mihi fuit propositum.

Grunerum denique, ad audendum simile excitatum ab Hallero, eadem affirmantem iisdemque nixum rationibus, etsi alias laudet auctorem ab omni superstitione remotum, praetereo; contra quem si ire vellem, nihil haberem, quod Hallero nondum esset exprobratum. Ejus verba haec sunt in Cens. lib. Hipp. p. 162. Librum [c] hunc — ad Hippocratem nullo modo pertinere posse, vel ex eo colligas, quod ubique cum orationis Hippocrateae brevitas desideretur et adhibita sit oratio fusa et asiatica, tum ex ratiociniorum subtilitate vehementer laborare videatur. Admirabilis tamen auctoris, quisquis ille sit, laus est atque honos, qui a superstitio-

[c] Gruner Bibl. d. alt. A. II. p. 261.

nis vanitate nihil morborum ad deum quendam referendum, sed omnia ex corporis structura iisque, quae extrinsecus accidunt, repetenda censuit comparandis cum cerebro humano brutis animantibus et cummaxime ovium et caprarum cerebris. p. 164. Quibus tam praeclare peractis, libellum sic auctori, qui certe Hippocrate longe recentior est, finire placuit. — Quibus album adjicit calculum Grimmius IV. p. 590.

Itaque aliorum posteaquam virorum percensui judicia, quid egomet ipse sentiam, mihi esse dicendum haud ignoro. In quo vestigia legam glossematis alicujus nescio a quo conscripti, quod in antiquissimis Hippocratis editionibus huic libello reperitur praefixum et ex vetustis dicitur esse profectum codicibus manuscriptis: *οὐ γνησίου Ἱπποκράτους, ἀξιολόγου δὲ ἀνδρός φησι ὁ Γαληνὸς, καὶ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν. Ἱπποκράτους δὲ οὐδὲν ἐν αὐτῷ, οὔτε κατὰ τὸν τρόπον τῆς ἑρμηνείας, οὔτε κατὰ τὸ τῆς διανοίας ἀκριβές.* Quod quamvis glossema, quod duplex esse videtur, Hallero Gruneroque suffragari, potius illis fuisse causam, e qua derivarent cuique sua superstruerent judicia, dicamus, non est nobis quoque adstipulandum illis verbis, quorum auctorem si non sequiorum temporum aequalem, id quod verius judico, obscurum saltem sequi nullo modo cogimur. Quid enim? An Magnum Hippocratem scripsisse hunc librum cogitem? Certe co-

gitarem, si opinionum vere Hippocratearum, quibuscum mirum in modum noster congruit libellus, similitudinem auctoritatis fundamentum, rerumque tractandarum quandam diversitatem nullum arbitrarer mihi contrarium esse argumentum. Intercisum enim propter genus dicendi ac dissolutam discinctamque verborum structuram, in omnibus Ioniis reperiundam scriptoribus, qua patrem adtingunt Homerum, ad Coacam Asclepiadarum scholam hunc librum spectare, habeo exploratissimum. Quodsi de natura hominis libellum, a Platone jam citatum, genuinum esse constaret, quocum dicendi ratione mirifice consentit, ne punctum quidem temporis addicere librum nostrum Hippocrati cunctarer. Cujus operis quum partem ultimam Polybo, Hippocratis genero, tribuant, quem[d] de natura pueri, de salubri diaeta, aliorum ratione dicendi nostro haud absimilium libellorum esse auctorem Galenus ait et ad dogmaticam[e] scholam perhibent inclinasse, si non eundem, ejusdem saltem aetatis virum, Hippocratea imbutum doctrina ut qui maxime atque a patre medicinae aetate haud ita multum distantem, quum ipse mihi videar dogmaticam quandam in nostro libello odorari rationem, hanc quaestionem ita pertractasse existimo, ut Hippocratem ipsum, si eum aucto-

[d] Galen. de foet. format. 1. (V. 286.) *εἴτ' αὐτὸς Ἱπποκράτης ἐστὶν εἴθ' ὁ μαθητὴς αὐτοῦ Πόλυβος.*

[e] Hecker Gesch. d. H. I. p. 179.

rem nominare dubitamus, hujus libelli non pertaederet, si sibi suppositum esse accepisset. Quae si diligenter examinata fusius et uberius voluissem exponere, locis comparatis plurimis seduloque exscriptis ad infinitum hanc quaestionem extendendo legendi fastidium creassem. Et haec quidem hactenus.

## II.

### *De hujus morbi nominibus apud Graecos.*

Nusquam magis humani ingenii suapte natura saepius in rerum veritatem illati easque facile penetrantis innatam insitamque admiramur facultatem quam in rerum nominibus inveniendis. Quid enim difficilius esse potest quam rei cuidam, cujus absconditam occultamque naturam esse inexploratam constat, consentaneum ejus indoli abditae indere nomen? Quid vero admirabilius quam acu rem ita tetigisse, ut longa saeculorum serie interjecta tandem nomen tam rei fuisse accommodatum atque adaptatum, nihil ut supra, rationibus eluceat idoneis? In quo etiam illud homini accidere naturae est consentaneum, ut quandoque inepto et ridiculo res quasdam parum perspectas insigniat cognomento atque errore convicto, dum compensare studet peccatum, minus minusque aptum inveniat vocabulum, sed longius ab eo aberret et

Charybdi vitata in Scyllam incidat. Quod in hoc quoque, de quo sermo est, morbo adpellando fuisse factum mihi videtur, cujus nomina permulta apud Josephum Frankium[f] collecta si quis perlustraverit, jam antiquitus nihil homines habuisse hoc de morbo comperti et certi, inde efficiet. Quorum apud Graecos frequentissima, quod instituti sermonis ratio flagitat, mihi sumo breviter ventilanda.

Exordiar autem ab illo ipso nomine, quod huic libello ab omnibus editoribus praefixum vel sua sanctimonia auspicatissimum esse jubet hujus quaestionis exordium. *Ἱερὰν* enim *νόσον* qui primus nuncupaverit hunc morbum, perpetuo fere hoc vocabulo apud omnes Hippocrateorum librorum auctores adpellatum, unde consuetissimum et vulgo in sermone quotidiano fuisse usitatum colligamus, et quae tam sancti nominis huic morbo imponendi fuerint inventori antiquissimo causae, haud perstat. Posteaquam vero venit in usum communem, alii aliter vocabuli vim et notionem explicare sunt conati. Quod primus ipse periclitatus est Hippocrates in nostri libri liminibus, ubi id nominis accepisse epilepsiam traditur p. 324. *ὑπὸ ἀπειρίης καὶ θαυμασιότητος, ὅτι οὐδὲν ἔοικε ἑτέρῃσι νούσοισι* et proximo loco absurdissimum esse declaratur, *εἰ δὲ διὰ τὸ θαυμάσιον θεῖον νομιεῖται,*

[f] Praxeos med. univers. praecept. II. p. 2. p. 276.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 106 sur 201

*πουλλὰ τὰ ἱρὰ νουσήματα ἔσται καὶ οὐχὶ ἕν.* Ex quo loco Pet. Petitus[g] liquere censet, unum tantum fuisse morbum, puta comitialem, eo nomine cognitum. Quod etiamsi ceteroquin vocari in dubitationem non posset, ex hoc quidem loco qui vellet affirmare, praecipitaret. Ceterum totus fere *περὶ ἱρῆς νούσου* liber istis periodeutis et circuitoribus proscindendis verisque hujus morbi causis eruendis in tantum est dicatus, ut, qui editor singulos vellet excerpere locos, acta ageret. Deinde etiam Galenus[h] praejudicata et falsa opinione sacrum dixit hunc morbum a nonnullis esse vocatum, qui a diis eum immitti crudelibus superstitiose crederent. Aretaeus[i] autem hunc morbum nominari sacrum existimat, quia flagitiosis hominibus a luna immitti dicitur. Eandem sacra scriptura amplecti videtur sententiam quae *δαιμονιζομένους καὶ σεληνιαζομένους καὶ παραλυτικοὺς* componit[k] et distinctius alio, loco[l] nisi forte lunaticos subintelligimus,

[g] In Aret. de mb. diut. I. 4. Comment. p. 189. Boerh.

[h] Galen. Comm. VI. in Epid. VI. p. 252. Locum jam supra enotavi.

[i] Aret. de caus. et sig. mb. diut. I. 4. p. 28. *ἀλλὰ καὶ ἄδοξος ἡ ξυμμορφή·* (*ξυμφορὴ* Coray, qui recte falsam hanc lectionem bis in sequentibus etiam emendavit) *δοκέει γὰρ τοῖσι ἐς τὴν σελήνην ἀλιτροῖσι ἀπικνεῖσθαι ἡ νοῦσος· τοὔνεκα ἱερὴν κικλήσκουσι τὴν πάθην.*

[k] Matth. IV. 24.

[l] Matth. XVII. 15. *κύριε, ἐλέησόν μου τὸν υἱόν, ὅτι*

epilepticis quae immineant pericula, significat. Adpromittunt[m] Galenus de dieb. decretor. III. 2. (VIII. 494.) καὶ καρποὺς οὖν παχύνει καὶ τὰ ζῶα πιαίνει καὶ τὰς τῶν καταμηνίων ταῖς γυναιξὶ προθεσμίας διαφυλάττει καὶ τὰς τῶν ἐπιλήπτων τηρεῖ περιόδους et Suidas s. v. ἱερὰ νόσος, αὕτη τῇ σελήνῃ ἀνάκειται· ὑπὸ ταύτης γίνεσθαί φασι. Verumtamen alias idem Aretaeus affert causas: ἀτὰρ καὶ δι' ἄλλας προφάσιας, ἢ μέγεθος τοῦ κακοῦ· ἱρὸν γὰρ τὸ μέγα· ἢ ἴησιος οὐκ ἀνθρωπίης, ἀλλὰ θείης, ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον ἐςόδου, ἢ ξυμπάντων ὁμοῦ, τήνδε ἐκίκλησκον ἱρήν. Cujus loci textum propter justo frequentiores, quorum alius alii nectitur, genitivos subaeratum corruptumque esse auguror nec multo meliorem verborum ordinem effici credo, si genitivum δόξης, nonnisi omissa praepositione intelligendum, in accusativum commutaveris. Persimilem, si tanti est, adde Alexandri Tralliani

σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.

m Aristot. hist. animal. VII. 11. (I. p. 340. Sch.) καὶ ἐν τοῖς πανσελήνοις δὲ μᾶλλον πονοῦσιν. Plut. de placit. philosoph. III. 17. Hipp. de vict. rat. I. p. 189. Richard Mead de imper. sol. ac lun. in corpp. hum. et morbb. inde oriund. in edit. Opp. med. I. p. 28 sqq. Gotting. 1748. Ex his autem, ni fallor, nullus morbo comitiali magis notabilis est; qui quum alias sit difficilis, tum hoc ipso mirabilis prorsus medentibus visus est, quod nova imprimis plenaque luna soleat recurrere. Bruce Voyag. aux sourc. du Nil IV. 556.

locum I. 15. p. 62. Guint. Andern. (Basil. 1556.): *ἐκάλεσαν δὲ αὐτὸ τοῦτό τινες καὶ ἱερὰν νόσον, διὰ τὸ ἱερὸν καὶ τίμιον εἶναι τὸν ἐγκέφαλον,* quae fortassis repetiit e Platonis Timaeo p. 85. (Bekk. 127.): *μετὰ*[n] *χολῆς δὲ μελαίνης*

[n] Platonis locum eleganter ad verbum paene expressit Apulej. Apol. p. 221. Amstelod. 1623. Enimvero si perniciosa illa dulcedo intus cohibita et bili atrae sociata venis omnibus furens pervasit: deinde ad summum caput viam molita, dirum fluxum cerebro immiscuit; illico regalem partem animi debilitat, quae ratione pollens verticem hominis velut arcem et regiam insedit. Ejus quippe divinas vias et sapientes meatus obstruit et obturat. Quod facit minore pernicie per soporem; — sed si usque adeo aucta est, ut etiam vigilantium capiti offundatur, tum vero repentino mentis nubilo obtorpescunt et moribundo corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modo majorem et comitialem, verum etiam divinum morbum ita ut Graeci *ἱερὰν νόσον* vere nuncuparunt, videlicet quod animi partem rationalem, quae longe sanctissima est, eam violet. Cael. Aurel. Mb. diut. I. 4. p. 291. Et sacra (appellatur), sive quod divinitus putetur immissa, sive quod sacram contaminet animam, sive quod in capite fiat, quod multorum philosophorum judicio sacrum templum est partis animae in corpore natae: sive ob magnitudinem passionis: majora enim vulgus sacra vocavit. Inde sacrum dictum mare et sacra domus velut tragicus poeta sacram noctem, hoc est magnam appellavit. — Ea habet Aurelianus. Et quis non meminerit legere apud Homerum *ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο* etc. (Athen. VII. 7.)? Quibus haud illepide addes *ἱερὸν ὀστοῦν* Anatomicorum, *τὰς ἱερὰς καλουμέ-*



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 109 sur 201

κεραθὲν (τὸ φλέγμα) ἐπὶ τὰς περιόδους τε τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ θειοτάτας οὔσας ἐπισκεδαννύμενον καὶ ξυνταράττον αὐτὰς, καθ᾽ ὕπνον μὲν ἰὸν πραότερον, ἐγρηγορόσι δὲ ἐπιτιθέμενον δυσαπαλλακτότερον· νόσημα δὲ ἱερᾶς ὂν φύσεως ἐνδικώτατα ἱερὸν λέγεται. Inde etiam factum est, ut μεγάλη νοῦσος apud Hippocratem audiat de judicat. p. 445. ἡ (falso ἢ) μανίη τοῦ μεγάλου νουσήματος, ἐν ἔθεϊ γενομένου, λύσις — Epid. VI. p. 812. οἱ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενοι ὑπὸ τῆς (Gal. alii τινὸς) μεγάλης νούσου οὐχ ἁλίσκονται, quibus verbis hoc subscripsit Galenus interpretamentum: Ald. V. 252. b. τὴν ἐπιληψίαν οἱ παλαιοὶ καὶ μεγάλην ἐκάλουν, et apud Celsum major morbus III. 23. inter notissimos morbos est etiam is, qui comitialis vel major nominatur, et νοῦσος ἡρακλείη apud Hippocratem de morb. mul. I. 427. ἡ δὲ καὶ τοὺς ὀδόντας βρύχει καὶ σίελα ἐπὶ στόμα ῥέει καὶ ἐοίκασι τοῖσι ὑπὸ τῆς ἡρακλείης νούσου ξυνεχομένοισι et apud Aristotelem Probl. XXX. 1. (IV. p. 227. du Val.) διὰ τί πάντες ὅσοι περιττοὶ γεγόνασιν ἄνδρες ἢν κατὰ φιλοσοφίαν ἢν πολιτικὴν ἢν ποίησιν ἢν τέχνας φαίνονται μελαγχολικοὶ ὄντες· καὶ οἱ μὲν οὕτως, ὥςτε καὶ λαμβάνεσθαι τοῖς ἀπὸ [μελαίνης] χολῆς ἀῤῥωστήμασιν; οἷα λέγεται τῶν τε Ἡρωϊκῶν τὰ περὶ τὸν Ἡρακλέα. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔοικε γενέσθαι ταύτης τῆς

νας νόσους apud Athen. VII. 10. Casaubono ἀπεγνωσμένας dictas et ἱερὸν λόχον Thebanorum. Plut. Pelop. 19.

φύσεως, δι' ὃ καὶ τὰ ἀῤῥωστήματα τῶν ἐπιληπτικῶν ἀπ' ἐκείνου προςηγόρευον οἱ ἀρχαῖοι ἱερὰν νόσον. Quod nomen Erotianus huic morbo inditum esse scribit p. 176. διὰ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ νοσήματος καὶ δυςκαταμάχητον· ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Κωμικοῖς (Κυκλικοῖς Steph.)· ἔνιοι δέ φασι τὴν μανίαν εἰρῆσθαι, ἐπειδὴ τούτῳ τῶν πάλαι μόνος ὁ ἥρως ἑάλω. Eandem exosculatur Alexander Trallianus sententiam, (I. 15. p. 62.) iisdem paene verbis comprehensam: ἄλλοι δὲ ἡρακλείαν νόσον διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ δυσμετάθετον τῆς νόσου et Galenus Ald. V. 252. τινὲς δὲ ἡρακλείαν αὐτὴν ἐκάλεσαν, οὐχ ὡς ἐπιλήπτου τοῦ Ἡρακλέους ὄντος, ἀλλ' ἐοίκασιν οὗτοι ὀνόμασιν αὐτὴν ὡσαύτως γε γνόντες ἐνδεικτικὸν μεγέθους ὄνομα ποιῆσαι τὴν Ἡρακλείαν. Aretaeus de mbb. diut. II. 13. p. 69. indicio est, hoc nomen eandem propter rationem et ipsi Elephantiasi fuisse tributum: ἀτὰρ καὶ ἡράκλειον, ὅτι τοῦδε μέζον οὐδὲν, οὐδὲ ἀλκιμώτερον. Tritissimum vero omnium hujus morbi nomen, ἐπιληψίαν* dico, ne tetigissem quidem, apud omnes, qui his de rebus tractarunt, scriptores sexcenties obvium, ni insolitorum cognomentorum venatione praetervidisse quotidiano usu consecrata vocabula videri noluissem et ni Alexandrum Tral-

* Cael. Aurel. Mbb. diut. I. 4. p. 291. Epilepsia vocabulum sumsit, quod sensum atque mentem pariter apprehendat. Herm. Boerhaave de morb. nervor. van Eems II. p. 635.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 111 sur 201

lianum de hujus nominis origine disserentem per occasionem potuissem emendare I. 15. p. 62. *πάσης αἰσθήσεως ἔρημοι κεῖνται καὶ νεκρῶν οὐδὲν ἀπέχοντες. διὰ τοῦτο καὶ ἐπιληψίαν τὸ πάθος ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἐπιλανθάνεσθαι* (emenda sis *ἐπιλαμβάνεσθαι*) *καὶ κρατεῖσθαι αὐτῶν τὰς αἰσθήσεις.* Reliquum est, ut alius tandem nominis ancipitis obiter faciam mentionem, quod in disceptationem et controversiam virorum doctorum venit et mox nostris libris iri exterminatum verisimile est. Haec enim leguntur in libro vere Hippocrateo de aëre, aq. et loc. p. 330. *τοῖσι δὲ παιδίοισι ἐπιπίπτειν σπασμούς τε καὶ ἄσθματα ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι.* In quibus quum jam ab omni memoria offensaculum lateret, Septalius, Zachariam Caimum secutus, loco verborum *τὸ παιδίον* legit *τό τε θεῖον*, quam lectionem Zvingerus, Mercurialis, Coray et probarunt et receperunt laudabilem quidem, quam tamen solam ducere veram adversantibus Galeni commentariis[p] reformido. Pue-

[p] Galen. Comm. I. in Epid. VI. Ald. V. p. 213. b. *τὸ τῆς ἐπιληψίας πάθος ἤτοι κατὰ φυσικὴν γίνεται δυςκρασίαν, ὅταν ὑγρὸς ἐγκέφαλος ἱκανὸς (ὡς?) ᾖ, καὶ τηνικαῦτά γε καὶ παιδίον ὀνομάζεται τὸ νόσημα, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων, ὧδέ πως γράψας· τοῖς παιδίοις συμπίπτειν σπασμούς τε καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν καὶ* (leg. *ἱερὴν*) *νοῦσον εἶναι. Κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν εὔδηλον ὅτι προςυπακοῦσαι δεῖ τὸ παιδίον πάθος ποιεῖν καὶ ἱε-*

ros autem potissimum morbo sontico tentari, innumeris Hippocratis aliorumque medicorum locis est evictum; quos quo recentiores fuerint a partu, eo magis subitae morti esse expositos apud antiquos ita notum fuit, ut nominalia septimo demum die ideo celebrata fuisse Aristoteles relatum reliquerit de hist. animal. VII. 11. p. 340. Schnd. τὰ πλεῖστα δ' ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης· διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ. Quidni legamus, Erotiano [q], Alexandro Tralliano [r] testibus, παιδικόν? Quem dum laudo scriptorem, eundem me commovere sentio, ut finem faciam huic disputationi, his verbis l. l. καὶ ἄλλοι ἄλλως ὠνόμασαν, ἀλλ' οὐ δεῖ γράφειν ἅπαντα. Nam notionem mente ubi comprehendimus, ὅ, τί ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω [s].

p. 324. Lind. ἱρῆς] Vulgatam ἱερῆς non retinui, sed dedi formam hujus adjectivi Ionicam eandem-

ρὴν νοῦσον εἶναι. Galen. Ald. V. p. 252. b. καὶ πάθος παιδίον ὥσπερ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης — — ἐπειδὴ κατὰ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν πλεονάζει.

q Erot. p. 304.

r Alex. Trall. I. 15. p. 63. συμβαίνει δὲ τὸ πάθος καὶ παιδίοις καὶ μάλιστα τοῖς ὑγροτέροις· διὸ καὶ παιδικὸν αὐτό τινες ἐκάλεσαν. Cael. Aurel. I. 4. p. 291. Appellatur etiam puerilis passio, siquidem in ipsis (istis) abundat aetatibus.

s Plat. Tim. 28. (Bekk. 23.)

que quum in sexcentis aliis locis mihi sumserim licentiam, quibusnam argumentis tot locorum vulgatam texto ejicere tacitus ausus sim lectionem, quam quaestionem in hunc locum distuli, ad rationem reddendam me jam dudum a lectoribus esse revocatum hariolor. Namque me aut Tenedia securi praescidisse indicta causa rem difficillimam, quam pressius parsi investigare, aut numerosioribus et mollioribus sonum, quae jucundius ad aures accedunt, formis in locum notissimarum Atticarum subrogatis lectorum aures voluptate quasi titillare et levare audaciae suspicionem voluisse, haud pauci, qui ita arbitrentur, aegerrime tulerint. Quibus omnibus, qui me apud judices temeritatis infamassent, nisi justas protulissem rationes, hoc loco et simul et semel respondere commodissimum esse statui. Prius autem, quam edisseram, cur ita fecerim et a lectione librorum ad unum omnium saepe solus abhorruerim, vos omnes, qui hucusque me commendatum vobis habueritis, velim iterum atque iterum monitos, nusquam tam amplum errando datum esse locum quam in dialectorum diversarum instaurandis scripturis. Eadem enim inconstantia formarum Atticarum et Ionicarum in ipso est Herodoto, cui temere reddidisse saepius Ionicas formas a viris, qui pusillo animo sunt in emundandis aetatum sequiorum maculis, Gaisfordius incusatur, quam tertio quoque verbo Hippocratem passum esse, fit evidentissimum.

Quis autem tam ineptum recentiorum manuscriptorum se profitetur laudatorem, ut a scribis istis indoctis Hippocratem, a Dioscoride et Artemidoro Capitone male jam acceptum, pejus etiam esse habitum pernegat? Calumniari enim ipsum Hippocratem tanquam tantae inconstantiae auctorem, etsi inculte et incondite saepe res suas excepisse calamo magnorum virorum more demus, omne jus fasque delere nobis videtur. Atque qui Hippocratem longissima scilicet apud ceteros Graecos familiaritate usum hac ignominia absolvere parant, videant, ne non excusasse, sed incusasse divum senem videantur. Quibus si tam felicibus esse contingeret, ut sententiam suam praemunirent probabilibus argumentis, melius manibus meis in manu Hippocratis revocanda temperassem ea lege saevis et injustis. Sed parum intererit infirmare illa commenta, si aliam quam Ionicam dialectum illis temporibus usurpare in oratione libera ac soluta etiamsi potuerint scriptores, non fuisse solitos manifestis historiae vestigiis arguero. Apud Iones enim, qui tot aliis rebus nitidioris cultus et humani et civilis Europae cognatae dederunt[1] exemplum et mature commerciis artibusque variis floruerunt, ut poeseos primitiae inveniuntur, ita quoque prima exorta esse opera pedestri oratione composita verisimile est, quam-

[1] F. A. Wolf. Prolegg. p. 64.

quam Herodotum hujus orationis patrem nolumus appellare, quippe qui primi Ionicum Alphabetum, Euclide[u] tandem archonte 403 a. Ch. a populo Atheniensi receptum, viginti quatuor literarum usurpasse ferantur. Cujus dialecti celebritate atque honori fides accedit eadem historia, quae communi applausu et in ludis Olympicis et postea festo Panathenaico ab Herodoto novem historiarum libros esse recitatos memoriae mandavit. Cui paene aequalem Hippocratem pari quoque dialecto usum fuisse, quis neget, praesertim quum tot Ionicae dialecti vestigia in nostro Hippocrate adhuc residua cogitaverit? Illam autem dialectum et in deliciis habitam fuisse ab iis, qui ad gentem illam minime pertinerent, Herodoti et Hippocratis, Doriensium[x] virorum, didicimus exemplo. Tum Aretaeus, Hippocratis et Homeri stylum imitatus[y], non solum mente et doctrina, sed etiam ore Hippocratem refert, ut legitima[z] proles parentem ob eamque causam opinor eundem, ta-

[u] Wolf. Proleg. p. 63.

[x] Hipp. Epist. p. 897. *τῷ γένει μὲν οὖν ἐστι Δωριεὺς, πόλεως δὲ Κῶ.* Ael. Var. hist. IV. 20. *λέγουσι δὲ Δωριέα ὄντα Ἱπποκράτην, ἀλλ᾽ οὖν καὶ τοῦ Δημοκρίτου χάριν τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα.* Buttm. ausf. griech. Sprachl. 1819. I. Einleit.

[y] Praef. Wiggan. in Aret. p. 7.

[z] Pet. Petit. Comm. in Aret. p. 137. p. 483. Jul. Paul. Crassi praef. in Aret. et Ruff. interpr. lat. p. 1. Erot. p. 6. *ἀνὴρ ὁμηρικὸς τὴν φράσιν.*

metsi Cappadocem Ionica dialecto usum, ut scilicet hac quoque nota medicinae parentem exprimeret. Postremo Grammaticus[a] Leidensis asserit, Hippocratem medicum hac potissimum usum fuisse dialecto. Quocirca adducebar, ut Hippocratem aliquoties formam Ionicam in usum vocasse ubi animadverti, locos alios, in quibus istud minus factum erat, emendarem, non quo operae pretium me fuisse facturum putarem, si omnes, quascunque totius antiquitatis memoria formas ionicas fuisse aliquando ab hoc illove scriptore usurpatas assiduum his in rebus positum detexit studium, miserrime obtrudissem Hippocrati, sed quod gratulaturos acturosque mihi grates, quod modulo suo pro virili mensus essem Hippocratem, viros doctos confidebam, qui ex his scopulis ac procellis tandem enatare jamdudum gestivissent. Itaque me inter spem metumque suspensum, rectene an male factum ita esse judicaturi essent, penes quos hac de re judicium esse posset, ita confirmavit Coray suo, quem in praefatione commentarii mei laudavi, libro, ut tantum auctorem sequerer, quocum una errasse malui quam inhonesta desidia in turpi multorum hac de re silentio accquievisse. Quodsi quas leviores id genus textus mutationes in his pagellis memorandas praeteriero, hac mea adnotatione, qua, quia prae-

[a] Greg. Corinth. p. 629. *Κέχρηται δ᾽αὐτῇ (τῇ Ἰάδι) Ὅμηρος . . . . καὶ Ἱπποκράτης ὁ ἰατρός.*

cauto opus est, me subduxi cavillatoribus, me satis fore excusatum sperabo.

p. 324. l. 1. *περὶ τῆς ἱρῆς νούσου*] Antiquarum editionum sequi saepius auctoritatem, quia textum a subsequentibus editoribus haud raro pro arbitrio mutatum esse vidi, satius duxi. Unde voculam *μὲν*, cujus talem usum satis exemplorum confirmare etsi credam, a Foesio, Lindeno, Mackio nullo, in quo est, codice allato interpositam rursum omisi.

p. 324. l. 6. *φύσιν μὲν ἔχει*] *Ἀπαρεμφάτως* cum Lindeno et Mackio si scripsissem hunc locum, Ionum, quibus incisim membratimque dicere proprium est ac perpetuum, morem et rationem violassem. Quod quum in interpretatione latina, quae etiam in Herodoto ab interpretibus propter latini sermonis indolem elegantius tornari solet, magis mihi esse permissum viderem, textum quidem inepto nitoris desiderio commaculare nolui. Praeterea subit mirari, cur alterum locum hujus libri, in quo eadem oratio ad integrum redit p. 329. *τὸ δὲ νούσημα τοῦτο οὐδέν τί μοι δοκέει θειότερον εἶναι τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ φύσιν μὲν ἔχει, ἣν καὶ τὰ ἄλλα νουσήματα*, praeeunte quamquam Lindeno, non eodem modo recte correxisse sibi visus sit Mackius. Qui quomodo codicem MSS. Vind. IV. potuerit adeo laudare [b], in hoc quidem loco

[b] Hipp. de vict. rat. I. 1. Mack. II. 7.

corruptelae ita suspectum, ut nulli non sub oculos cadat lectionis inde erutae pravitas, si meliora nusquam suppeditaverit, ipse secum transigat.

p. 324. l. 7. *γίγνεται*] Antiquam et in Atticis scriptoribus solemnem, quae intercalato *γ* exaratur, formam, et in hoc verbo et in altero ejusdem prosapiae *γιγνώσκω* ubique revocavi.

p. 324. l. 7. *αὐτῇ*] Quae cum immixta apud Iones scribuntur brevi vocali, terminatio si producitur, pronomina et adjectiva pronominalia, quam scripturam etiam vocabula *κενεὸς, ἀδελφεὸς* etc. et periectica adamant substantiva (Lob. ad Phryn. p. 167.), sicubi mihi in Hippocrate aliquoties fuerant inventa, inconstantiam nostrorum librorum pertaesus eadem forma omnia curaturus eram scribenda. Atque me ita fecisse postea poenituit. Quodsi quondam codicum omnium diligenti collatione hanc litem ad liquidum perduci posse intelligam, libenter retexam quasi Penelope omnem hanc telam. Ceterum in hoc libro ter quaterve hanc scripturam in genitivo multitudinis observavi in pronomine demonstrativo.

p. 324. l. 9. *θαυμασιότητος*] Formarum talium, quae in recentiore Graecitate tantum frequentatae sunt, labefactare fidem facile poteris. Est autem hoc nomen in Hippocrate *ἅπαξ εἰρημένον*.

p. 324. l. 12. *κατὰ μὲν τὴν ἀπορίην αὐτοῖσι*

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 119 sur 201

*τοῦ μὴ γιγνώσκειν τὸ θεῖον αὐτῇ διασώζεται*] Ordinem verborum a politiore sermone paululum alienum et duplicem dativum uni verbo conjunctum, nisi forte dativum *αὐτοῖσι* ad schema Colophonium refers, mecum miraberis. Apte contendes huic loco Soph. Trachin. 1256—1257. Mendum autem latere haud crediderim. Infra enim, ne aliunde comportem exempla, haud absimilis, immutata tantum dativorum ratione, nobis offertur locus p. 328. *ἑκάστῳ εἴδεϊ τοῦ πάθεος θεῷ τὴν αἰτίην προςτιθέντες.*

p. 324. l. 15. *ἢ καθαρμοῖσι ἢ ἐπαοιδῇσι*] Anili superstitione, quae hominum multorum omni aetate pervasit et pervagabitur animos, medicinam, quam opitulaturam sibi esse etiam ii, qui desperantis discruciantur morbis, vitae jucunditate pellecti confidunt, non caruisse antiquissimis illis temporibus, quis miretur, qui hodieque in pauperum familiarum escendere coenacula et ob credulitatem a veneficis sagisque hodiernis emunctarum commiserari voluerit fortunam? At qui ad vetustissimos usque medicinae ceterarumque artium et literarum auctores, Orpheum, Musaeum, Linum,

> Phillyriden Chirona, Amythaoniumque Melampum
> Virg. Georg. III. 550.

herbis alterum, auguriis et piaculis alterum inclytos recedere velit, nae is reperiat honorificum fuisse expiationibus et incantamentis morbos propulsare. Quem morem Homero, etsi

Machaonem et Podalirium cyceone (coceto) seu dodris defrutisque et fomentis vulnera curasse retulerit, non incognitum fuisse patet ex Odyss. XIX. 457.

ἐπαοιδῇ δ'αἷμα κελαινὸν
ἔσχεθον.

Sed hujus loci sensum evidentissimum
Il. XV. 393.

ἧστό τε, καὶ τὸν ἔτερπε λόγοις, ἐπὶ δ' ἕλκεϊ λυγρῷ
φάρμακ' ἀκήματ' ἔπασσε μελαινάων ὀδυνάων,

quem Sprengelius eruditissimus ita interpretatur, ut λόγους contendat significare ἔπη i. e. carmina, detorquere mihi videntur, qui perinde explicant. Utramque medendi rationem conjunxisse Aesculapium, dicit Pindarus Pyth. III. stroph. γ.

τοὺς μὲν ὦν ὅσσοι μόλον αὐτοφύτων
ἑλκέων ξυνάονες, ἢ πολιῷ χαλκῷ μέλη τετρωμένοι,
ἢ χερμάδι τηλεβόλῳ,
ἢ θερινῷ πυρὶ περθόμενοι δέμας ἢ
χειμῶνι, λύσαις ἄλλον ἀλλοίων ἀχέων
ἔξαγεν· τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων,
τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας, ἢ γυίοις περάπτων πάν-
τοθεν
φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς.

At vero Plato[e] πολιτικὸν lepide appellat Aesculapium, qui adeo pessumdata morbis corpora, ut diaeta remediisque tantum prorogare vitam miserrimam sibique similes et itidem civitati

[e] Plat. de republ. III. p. 407.

inutiles edere proles possint, sanare prorsus noluerit et primum fuisse Herodicum [d], qui detritum suum corpus perdiligenter nutriendo consenuerit eandemque artem alios docuerit, indigne patitur. Deinde tragicis poetis et Pindaro fidem se non habere asserit, qui Aesculapium, tantum virum, auro corruptum, ut demortuum eundemque opulentum virum vitae redderet, esse de [e] coelo tactum dicunt. Apud eundem autem auctorem, Aesculapium quamquam laudantem ideo, quod artem suam adhibuerit solis vulneribus et epidemiis aliquibus morbis, multi extant loci, quibus honorificam illam pristini temporis consuetudinem morbos incantationibus abigendi illo tempore nondum abjectam, sed apud doctos viros contemtam viguisse adhuc multosque morbos a diis obiratis immitti hominibus esse dictos fatetur [f]. Quam sibi in-

[d] Plat. de republ. III. p. 406. *παρακολουθῶν γὰρ τῷ νοσήματι, θανασίμῳ ὄντι, οὔτε ἰάσασθαι, οἶμαι, οἷός τ᾽ ἦν ἑαυτὸν, ἐν ἀσχολίᾳ τε πάντων ἰατρευόμενος, διὰ βίου ἔζη ἀποκναιόμενος, εἴ τι τῆς εἰωθυίας διαίτης ἐκβαίη· δυσθανατῶν δὲ ὑπὸ σοφίας, εἰς γῆρας ἀφίκετο.*

[e] Plat. de rep. III. p. 408. *Ἀπόλλωνος μέν φασιν Ἀσκληπιὸν εἶναι, ὑπὸ δὲ χρυσοῦ πεισθῆναι, πλούσιον ἄνδρα θανάσιμον ἤδη ὄντα ἰάσασθαι· ὅθεν δὴ καὶ κεραυνωθῆναι αὐτόν.* Pind. l. l.

[f] Plat. de repub. III. p. 405. St. *τὸ δὲ ἰατρικῆς — δεῖσθαι, ὅτι μὴ τραυμάτων ἕνεκα ἤ τινων ἐπετείων νοσημάτων περιπεσόντων — οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ;* de repb. IV. p. 426. St. Theaetet. p. 149. St. Phaedr. p. 37. p. 78. Bekk.

vicem contrariam vulgi opinionem, deos et depellere morbos et immittere hominibus, antiquissimis acceptam fuisse legimus poetis, quorum pater Homerus pestilentiam immisisse Graecorum castris Apollinem cecinit. Neque aliter Aeschylus in Choeph. 279.

*σαρκῶν ἐπαμβατῆρας ἀγρίαις γνάθοις*
*λιχῆνας ἐξέσθοντας ἀρχαίαν φύσιν,*

quos lepram esse Joseph. Frank. de morb. cutan. (in prax. med. univ. praecept.) p. 490. putat, deorum adscribit ultioni. Et Sophocles in Philoct. 194 et sqq. H.

*θεῖα γάρ, εἴπερ κἀγώ τι φρονῶ*
*καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν*
*τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη.*
*καὶ νῦν ἃ πονεῖ δίχα κηδεμόνων,*
*οὐκ ἔσθ᾽ ὡς οὐ θεῶν του μελέτῃ.*

1310 et sqq.

*σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ᾽ ἄλγος ἐκ θείας τύχης*
*Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ*
*σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις.*

in Trachin. 996.

*τίς γὰρ ἀοιδὸς, τίς ὁ χειροτέχνης*
*ἰατορίας, ὃς τήνδ᾽ ἄτην*
*χωρὶς Ζηνὸς κατακηλήσει;*

Vers. ult.

*κοὐδὲν τούτων, ὅ,τι μὴ Ζεύς.*

in Ajac. 1015 et sqq.

*ἐγὼ μὲν ἂν καὶ ταῦτα καὶ τὰ πάντ᾽ ἀεὶ*
*φάσκοιμ᾽ ἂν ἀνθρώποισι μηχανᾶν θεούς·*

Et in amoribus conciliandis et repudiandis ejusmodi carminibus et artibus summam fuisse au-

ctoritatem apud Xenoph. Memorab. III. 9. 17. Theodota meretrix facetissime exponit Socrati: *εὖ ἴσθι, ὅτι ταῦτα οὐκ ἄνευ πολλῶν φίλτρων τε καὶ ἐπῳδῶν καὶ ἰΰγγων ἐστί.* Lucian. Philops. 8. 10 et sqq. Innumera hujus rei exempla et ex hoc scriptore colliges et aliunde. Sophoclis tamen haud praeteribo locum in Ajac. 578, qui leniter adversatur istis carminibus:

*οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ,*
*θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.*

Ac plura quidem nolo eruere e tragicis poetis, qui toti ex hac opinione pendent, ut dignitatem heroum, qui indigna passi mala misericordiam excitaturi sunt spectatoribus hac arte quaesitam, haud diminuere culpa in illos ipsos amota videantur. Quae quum nefaria opinio, cujus auctoritatem credulis hominum animis adeo inhaerentem ac coalitam sibi ubique in morborum curationibus suscipiendis et praenuntiandis fore impedimento sanioris judicii Asclepiadae jam dudum praeviderant, esset radicitus evellenda atque aperienda morborum omnium, abditiorum etiam efficientissima natura, Hippocrates hoc potissimum libello uno eoque aptissimo morbi sacri exemplo satis habuit ostendisse, quantopere, hujus morbi naturam qui proclamarent absconditam hominum oculis atque ad deos pertinere auctores dictitarent, a pervestiganda morborum natura abhorrerent et lucello quaestuique turpi inhiantes nihil nisi verbis datis cir-

cumvenirent eos, qui fidem ipsis haberent labilem. Ac istos quidem ut veteratores coargueret et hujus morbi symptomata ad naturam et veritatem accommodate interpretaretur, ita potissimum hoc de morbo disseruit Hippocrates, accurata symptomatum omnium neglecta explanatione et cura morbi penitus exclusa. Neque mirandum est, si ratiociniis, quae vocant, talis affluat libellus, quo contra istos homines auctor disputat. Nullum enim est in septuaginta duorum, quae Hippocratis esse traduntur, operum coagmentatione, quod rerum verborumque admirabili gravitate huic libro possit conferri. Equidem unum tantum conferam locum ex opere de aër. aq. et loc. enotatum p. 357. 358, ubi de Scythis, in deum sterilitatis culpam conferentibus, hic est sermo: *νομίσαντές τι ἡμαρτηκέναι τῷ θεῷ, ὃν ἐπαιτιῶνται, ἐνδύονται στολὴν γυναικηΐην, καταγνόντες ἑωυτέων ἀνανδρηΐην, γυναικίζουσί τε καὶ ἐργάζονται μετὰ τῶν γυναικῶν ἃ καὶ ἐκεῖναι. Τοῦτο δὲ πάσχουσι Σκυθέων οἱ πλούσιοι, οὐκ οἱ κάκιστοι, ἀλλ' οἱ εὐγενέστατοι καὶ ἰσχὺν πλείστην κεκτημένοι, διὰ τὴν ἱππασίην, οἱ δὲ πένητες ἧσσον· οὐ γὰρ ἱππάζονται. καίτοι ἐχρῆν, ἐπεὶ θειότερον τοῦτο τὸ νόσευμα τῶν λοιπῶν ἐστι, οὐ τοῖσι γενναιοτάτοισι τῶν Σκυθέων καὶ τοῖσι πλουσιωτάτοισι προςπίπτειν μούνοισι, ἀλλὰ τοῖσι ἅπασι ὁμοίως. — ἀλλὰ γάρ, ὥςπερ καὶ πρότερον ἔλεξα, θεῖα μὲν καὶ ταῦτά ἐστι ὁμοίως τοῖσι ἄλλοισι· γίγνεται δὲ κατὰ φύσιν ἕκα-*



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 125 sur 201

στα. Cor. Praeterea ad omnem hanc de morborum curationibus et causis, quas antiquitas posuit, illustrandam multum facit A. Corn. Celsus, ubi suis de medicina libris prooemiatur: eodemque auctore (Homero) disci potest, morbos tum ad iram deorum immortalium relatos esse, et ab iisdem opem posci solitam. Adde choricum primum canticum e Soph. Oedip. tyr. Epilepsiam denique ex cerebri membranis atque majore causa, quae verba a diis hunc morbum immitti innuunt, oriri secundum Asclepiadem Cael. Aurel. reliquit Mb. acut. I. praef. p. 8. Boerhaav. Aphoris. 1072. van Swiet. III. p. 394.

p. 324. l. 17. θεῖον νομιεῖται] Superquam quod id generis alia mihi supra jam sunt dicta, ubi de morbi insputati[g] nominibus, quae Graecorum sanciverat usus, ut dissererem, tulit occasio, ea ad quam nunc feror quaestio toties jam est agitata virorum doctorum sermonibus, ut a me repetitam fastidieritis et huic rei dissimilior est, quam quae propriam efflagitet pertractationem. Omnes autem me quaestionem indicasse, quid sit τὸ θεῖον apud Hippocratem, adprobe intelligunt. Et in nostro quidem libello ut significativum τοῦ ἱεροῦ extat complementum et cum eo plus semel conjungitur. A quo statim incipit auctor: οὐδέν τί μοι δοκέει τῶν ἄλ-

[g] Plaut. Capt. III. 4. 22. de quo nomine plenius disputat Mercurialis Var. lect. V. 11. et Fr. Taubman. in edit. sua p. 231.

*λων θειοτέρη εἶναι νούσων οὐδὲ ἱροτέρη.* Atque quia hoc libello et celeberrimo loco in lib. de aër. aq. et loc. p. 358. Hippocrates dimicat contra eos, quos divinam morbis tribuere originem non pudeat, non potuit non mirum videri interpretibus, eundem Hippocratem alio[h] loco originem esse talem statuisse. Qui locus ita est in Prognost. p. 448.: *γνόντα οὖν χρὴ τῶν παθέων τῶν τοιουτέων τὰς φύσιας, ὁκόσον ὑπὲρ τὴν δύναμίν εἰσι τῶν σωμάτων, ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστι ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν.* Atqui ipse Grimmius monuit in introductione ad nostrum libellum linguae vernaculae traditum IV. p. 590, illam propter causam prognostico libro auctoritatem posse detrectari. Quid vero vetat, objecerit Hallerus, quo, quod de Cardano Boerhaavius dixit, sapientior nemo, ubi sapit, dementior nullus, ubi errat, ne alterius de aëre, aquis et locis libri comminuamus honores, quem spurium haberi jussit, propterea quod ex hujus libri loco, in quo verba haec sunt p. 346.: *ἥ τε χώρη τῆς χώρης ἡμερωτέρη καὶ τὰ ἔθνεα τῶν ἀνθρώπων ἐνοργότερα,* ab interpretibus ita expressa: regioque ipsa hac nostra mitior et hominum mores humaniores et benigniores, evidentissimum fieri opinatur, auctorem hujus operis fuisse Europaeum; ac quum Coi Asiae gentibus adnumerentur, Hippocratem

h Adde duos locos, qui huc spectant. De natura mulieb. p. 358.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 127 sur 201

Coum non esse auctorem. Quae quam sint futilia argumenta quamque Graecis hujus loci verbis adversentur, longum est enucleare. Nam per se ipsa adeo patent, ut Coray ne aggressus quidem sit refellere hanc opinionem. At fuerunt alii, qui Hippocratem atheismi accusatum, quum superstitionis pravae illecebris eum sapienter renuntiasse aegre paterentur, hoc quoque loco ut absolverent crimine, inter se certarent. Inter recentiores autem alii de divino Hippocratis disseruerunt, ut Melch. Sebitz, Joan. Vorst, C. Th. Gesner. Quam omnem litem antiquitus jam lite resolvere solitos fuisse auctores, Galenus, qui hanc quaestionem cum multis aliis, quae accuratiorem desiderarent inquisitionem, e glossario[1] suo in Commentarios relegavit, in Comm. in hunc locum V. p. 59. Ald. ubi commemoravit, suum adnectit judicium: *ὅτι μὲν οὖν ἕν τι τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην εἶναι χρὴ τὸ θεῖον τοῦτο, καὶ μὴ μόνον ἐπωῆσθαι* (leg. *ἐπαινεῖσθαι*) *τὴν γνῶσιν αὐτοῦ πρὸς Ἱπποκράτους, ἀλλὰ καὶ δεδεῖχθαι, πρόδηλον παντί· ληρώδης γὰρ ἂν εἴη συγγραφεὺς ἐπαινῶν πράγματος γνῶσιν ὃ μηδ' ὅλως ἐδίδαξεν, ὥςτε τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένων ἕν τι καὶ τὴν τοῦ θείου πρόγνωσιν εἶναι χρή. λύωμεν* (leg. *λέγωμεν*) *οὖν ἤδη θαῤῥοῦντες οὐκ ἄλλο τι τοῦτ' εἶναι παρὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κατάστασιν.* Quocum consentit ipse Hippo-

[1] Gal. Gloss. Franz. p. 400.

crates de hom. nat. p. 274. *ὁκόταν δὲ νουσήματος ἑνὸς ἐπιδημίη κατεστήκῃ, δηλονότι οὐ τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστι, ἀλλ' ὃ ἀναπνέομεν, τοῦτο αἴτιόν ἐστι.* A Galeni partibus stat Grunerus Bibl. d. alt. Aerz. I. p. 599. Sordere autem illorum sententiam, qui in alia omnia discedentes ex hoc loco obnixe Hippocratem de superstitione arguunt, aequum est. Apertius enim vim illam divinam, omnium jugis vitae actionum et procreatricem, et sanitatis corporum conservatricem, et infirmitatis medicatricem, cujus aeternos detexisse fontes nos quoque stulte gloriabimur, appellare non potuit. Cui similem necessariae divinaeque causae discrepantiam posuisse videtur Plato in Tim. p. 69. St. (Bekk. 96.) Neque vero Hippocrates solus, ut aequalium hominum superstitionem funditus tolleret, ita est omnia periclitatus, quam radicitus fere ejecerant Democritus ejusque sectatorum in dissecandis animalibus diligentia et in rerum causis perscrutandis assiduitas. Epicurus autem, qui in rebus physicis Abderitam Democritum auctorem habuit et, Cicerone[k] teste, ubi eum sequitur, non fere labitur, quum in *κυρίαις δόξαις* posuisset: quod[l] aeternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quidquam, nec exhibere alteri, in intermundiis collocavit deos curarum omnium haud participes cum in maximis, tum in aeternis vo-

k Cic. de fin. I. 6.
l Cic. de nat. deor. I. 17.

luptatibus. Quod apud Ciceronem Vellejus, Epicureus, fidenter[m] exponit: Itaque neque ira, neque gratia teneri, quod, quae talia essent, imbecilla essent omnia. Si nihil aliud quaereremus nisi ut deos pie coleremus, et ut superstitione liberaremur, satis erat dictum. Nam et praestans deorum natura hominum pietate coleretur, quum et aeterna esset et beatissima. habet enim venerationem justam, quidquid excellit: et metus omnis a vi atque ira deorum pulsus esset. intelligitur enim, a beata immortalique natura et iram et gratiam segregari: quibus remotis, nullos a superis impendere metus. — Deinde c. 20. ita perorat: his terroribus ab Epicuro soluti, et in libertatem vindicati, nec metuimus eos, quos intelligimus, nec sibi fingere ullam molestiam, nec alteri quaerere: et pie sancteque colimus naturam excellentem atque praestantem. — Quare Horatius quum adhuc esset

Epicuri de grege porcus

in Serm. I. 5. 97 et sqq. ita de Egnatia dicit:

Dein Gnatia lymphis
Iratis exstructa dedit risusque jocosque;
dum flamma sine tura liquescere limine sacro
persuadere cupit. credat Judaeus Apella,
non ego: namque deos didici securum agere aevum;
nec si quid miri faciat natura, deos id
tristes ex alto coeli demittere tecto.

Cui loco alter accedat Lucil. Aetn. 29 et sqq.

m Cic. l. l.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 130 sur 201

Principio, ne quem capiat fallacia vatum;
Sedes esse dei, tumidisque e faucibus ignem
Volcani ruere et clausis resonare cavernis
Festinantis opus; non est tam sordida divis
Cura, neque extremas jus est demittere in artes
Sidera; seducto regnant sublimia coelo
Illa, neque artificum curant tractare laborem.

Cui loco Frid. Iacob, quem praeceptorem habui de me meritissimum pieque ideo colendum eundemque studiorum in Hippocrate collocandorum ante hos quinque annos suasorem, in Lucilii praeclara editione p. 91. comparat Lucan. V. 3 sqq.

Nunquam sic cura deorum
se premet, ut vestrae morti vestraeque saluti
fata vacent.

Ceterum de necessitudine, quae inter deos medicosque intercedat, egregius est locus de decent. habit. p. 55. *καὶ γὰρ μάλιστα ἡ περὶ θεῶν εἴδησις ἐν νόῳ αὐτῇ* (leg. *αὐτῷ* cum Foesio) *ἐμπλέκεται· ἐν γὰρ τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι καὶ ἐν συμπτώμασι εὑρίσκεται τὰ πουλλὰ πρὸς θεῶν ἐντίμως κειμένη ἡ ἰητρική. οἱ δὲ ἰητροὶ θεοῖσι παρακεχωρήκασι. οὐ γὰρ ἔνι περισσὸν ἐν αὐτέῃ τὸ δυναστεῦον. καὶ γὰρ οὗτοι πουλλὰ μὲν μεταχειρέονται; πουλλὰ δὲ καὶ κεκράτηται αὐτέοισι δι᾽ ἑωυτέων.*

p. 324. l. 17. *πουλλὰ*] Suam Hippocrati ubique reposui formam, quam, calculo subducto accurato, communi propemodum frequentiorem esse sum edoctus.

p. 324. l. 19. *ἧσσον* ] Vitiosam hanc scripturam quominus habeamus, impediunt omnes editiones, quae multoties *μέζον* comparativum, licet a librariis cum forma altera ultro citroque confusum et *κρέσσον* aliquibus locis, nunquam autem *ἕσσον* exhibent. Neque Coray, qui *μέζον* in sua editione aliquoties restituit, *ἧσσον* mutare ausus est. Illarum formarum haec habes exempla: *μέζον* de genit. p. 131. *μέζω* p. 134. *μέζον* de diaeta I. p. 185., quam lectionem Mackius secundum Fevreum et Sambucum respuit et in *μεῖζον* immutat. *μέζονι*, *μέζονος*, *μέζον* bis, *μέζω* bis p. 185. *μέζω* p. 196. *μεζόνων* de diaet. II. p. 211. *μέζω* Coac. praen. p. 541. *μέζον* de affectt. p. 172. de mulier. morb. I. p. 667. *μέζονος* de int. aff. p. 238. *μέζων* de fract. p. 711. *μέζω* p. 726. *μέζον* de artic. p. 809. p. 814. p. 825. *μέζους* Mochl. p. 664. *κρέσσων* de aliment. p. 754. *κρέσσονα* de fract. p. 711. *κρέσσονος* de loc. in homin. p. 374. *κρέσσον* de liquid. us. p. 602. de mul. morb. I. p. 457.

p. 324. l. 22. *οἱ πυρετοὶ οἱ ἀμφημερινοὶ* ] Recte quidem intermittentes febres huc traxit, quarum causas, Galenus etiamsi proferat[n] inexplicitum nihil relicturus, proinde abditas ne nos

[n] Galen. de diff. febr. II. 2. (VII. 128. Chart.) *τῶν μὲν οὖν διαλειπόντων τρεῖς εἰσιν αἱ πᾶσαι διαφοραὶ, ἀμφημερινὸς, τριταῖος καὶ τεταρταῖος· ἐπὶ φλέγματι μὲν ὁ ἀμφημερινὸς σαπέντι. ἐπὶ δὲ ταῖς χολαῖς ἑκατέραις, τῇ ξανθῇ μὲν ὁ τριταῖος, τῇ μελαίνῃ δὲ ὁ τεταρταῖος.*

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 132 sur 201

quidem habemus perspectas. Pet. Frank. Epit. I. p. 5 et p. 39.

p. 324. l. 26. *κῆν οὐ θαυμασίως ἔχωσι*] Soloecum *οὐ* esse qui suspicetur, in negatione altera refingenda frustra laborans ludus nobis erit. Nam summam his in rebus constantiam non ubique esse a Graecis servatam, locis quibusdam ex parte mecum communicatis clarescit: Hom. Il. XXIV. 296.

*εἰ δέ τοι οὐ δώσει ἑὸν ἄγγελον εὐρύοπα Ζεύς.*

Plutar. Praecept. reip. gerend. 13. *εἴς τινα ἐν τέλει ἠνέχθη τοιοῦτον ἐπιστόλιον· Νικίαν, ἐὰν μὲν οὐκ ἀδικῇ, ἀφίει· ἐὰν δὲ ἀδικῇ, ἐμοὶ ἀφίει.* Plutar. Anton. 24. *ταῦτ᾽, εἶπεν, εἰ μὲν οὐκ εἴληφας, ἀπαίτει παρὰ τῶν λαβόντων· εἰ δὲ λαβὼν οὐκ ἔχεις, ἀπολώλαμεν.*

p. 324. l. 29. *ἀπὸ μηδεμιῆς προφάσιος ἐμφανέος*] In utramque partem Graecos accepisse *πρόφασιν* de causa et manifesta et speciosa sive praetextu, quam rationem etiam Romani in ipso causae vocabulo aemulantur, indicio est Galenus, qui hoc exemplo scribit Comm. I. in Epid. I. Ald. V. p. 167. *ὀνομάζει δὲ προφάσεις ὁ Ἱπποκράτης ἐνίοτε μὲν, ὥς ἔθος ἐστὶ τοῖς πολλοῖς, ἐπὶ τῶν ψευδῶς λεγομένων αἰτίων φέρων τοὔνομα, πολλάκις δὲ τὰς φανερὰς αἰτίας οὕτω καλεῖ.* Quam ultimam significationem ut probaret, Foesius in Oeconomia p. 539. undique ex Hippocrate congessit exempla. In quibus e nostro quoque libello duos habes locos, in quibus externam

causam hoc vocabulum dicitur significare. Quod Heckerum[o] videtur movisse, ut *αἰτίας* esse internas, *προφάσιας* externas causas edixerit. Hanc autem utriusque vocabuli differentiam si non abnuo, dubitabilem saltem esse judico. Itaque in nostro libro et veram causam p. 324. p. 344. et speciosam p. 326. bis hac voce comprehendit Hippocrates.

p. 325. l. 4. *ἀναΐσσοντας*] Erot. *ἀνορμῶντας. ἀΐσσειν γὰρ τὸ ὁρμᾷν λέγεται.* Nostrum locum utrum ita explicuerit glossographus, an haec verba Prognos. p. 464. *εἰ δὲ ἀναΐσσοντος τοῦ νοσήματος ὡς πρὸς τὰς φρένας τἄλλα σημήϊα μὴ πονηρὰ ἐπιγίγνηται, ἔμπυον ἔσεσθαι πουλλαὶ ἐλπίδες,* ne subdubitare quidem licet, si nobis vocum ab Erotiano explicatarum ordo ab Heringa Obs. crit. p. 311. descriptus succurrit.

p. 325. l. 7. *μέχρις*] Quanta adpingendi et inducendi sigmatis in hac indeque facta particula *ἄχρις* apud omnes scriptores sit discrepantia et quantopere inter Grammaticorum cathedras haec quaestio sit jactata, luculenter exposuit Lob. ad Phryn. p. 14. et ex ipso Hippocrate excerpsit aliqua utriusque usus exempla. Phrynichi enim p. 14. haec sunt verba: *μέχρις καὶ ἄχρις σὺν τῷ σ̄, ἀδόκιμα· μέχρι δὲ καὶ ἄχρι λέγε.* Quam regulam in antiquissimo et optimo codice Florentino, qui chirurgicos quosdam So-

[o] Gesch. d. Heilk. I. p. 140.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 134 sur 201

rani et Oribasii libros e Nicetae collectione continet, edito ab Ant. Cocchio semper servatam esse legimus p. 146. Florent. 1754. fol. Quamobrem librorum lectionem servabo, ne mihi quoque vitio vertatur, me coeco Grammaticorum obsequio deditum illud sigma vi et furca expulisse. Potentialem particulam et omitti et addi Lob. l. l. ostendit et e nostro libro uterque usus evinci potest.

p. 325. l. 7. *ἐξεγρέωνται*] p. 342. *ἐπέγρηται.* Epidem. V. p. 777. *ἐξέγροιτο.*

p. 325. l. 8. *ὥςπερ καὶ πρότερον*] Fevreum et Sambucum, in emendationibus fere eosdem, qui haud inepte, sed inutiliter saepissime textui adhibent correctionem, nullis concinentibus codicibus, quorum lectiones justo frequentius Mackius recepit, in sequentibus, ubi alias amplectuntur lectiones, semel jam infra textum commemoratas, haud amplius tangam. Nec Servinum jurisconsultum, qui factitasse ipse hic illic lectiones, quas e Codd. MSS. dicit esse exsignatas, mihi videtur aliisque, qui istas lectiones subscribunt textui, non quas recipiant habent dignas, hic si praeteriero, permagni momenti esse putabo.

p. 325. l. 10. *οὐκ ἅπαξ*] Ita scripsi et in duobus inter se commissis copulatisque vocabulis et in compositionibus. Nam *τοῖς ψιλοῖς οἱ Ἴωνες χαίρουσι.* Greg. Corinth. p. 195.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 135 sur 201

p. 325. l. 15. *ἀπιερώσαντες*] Lob. ad Phryn. p. 192.

p. 325. l. 17. *μάγοι*] Magicas artes etiam in imprecando comitiali morbo multum valere credidit antiquitas. Apulejus enim ab inimicis magiae insimulatus, incantamentis puerum saepe prostravisse, ita in Apologia p. 218. se ipse a criminationibus defendit: cur ergo carmini potius, quam morbo attribuatur ejus ruina? An evenire non potuit, ut forte praesente me idem pateretur, quod saepe alias multis praesentibus? Quod si magicum putarem, caducum dejicere, quid opus carmine fuit? quum incensus Gagates lapis[p], ut apud physicos legi, pulchre et facile hunc morbum exploret: cujus odore etiam in venalitiis vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur. Etiam orbis[q] a

[p] Aret. Mbb. acut. I. 5. *ἄλλοτε δὲ ὀσφρήσεις βαρέων ὀσμέων κατέβαλε, ὥσπερ γαγάτου λίθου.* Dioscor. V. 146. Sarac. *ἔστι δὲ καὶ ἐπιληπτικῶν ἔλεγχος ὑποθυμιασθεὶς καὶ ὑστερικὰς ἀνακαλεῖται.* Alex. Trall. I. 15. p. 78. Paul. Aeg. p. 63. *διελέγχει δὲ τοὺς ἐπιληπτικοὺς θυμιώμενα ἄσφαλτος, ἢ γαγάτης λίθος ἢ κέρας αἴγιον.* Aet. p. 105. Ald. Plin. hist. nat. XXXVI. 19. Deprehendit sonticum morbum et virginitatem suffitus. Cael. Aurel. Mbb. diut. I. 4. p. 293.

[q] Aret. Mb. acut. I. 5. *κατέπεσον γοῦν τινες ὑπὸ προφάσιος ἐξ ἀθυμίης· μετεξέτεροι δὲ ῥεύματι ποταμοῦ ἀτενέες ἐνιδόντες, ἢ τροχῷ δινευμένῳ, ἢ ῥέμβεκι ἑλισσομένῃ.* Curat. morb. diut. I. 4. p. 122. Theoph. de vertig. I. p. 809. Schn. *οἵ τε γὰρ πλέοντες*

figulo circumactus non difficile ejusdem valitudinis hominem vertigine sui corripit. Ita spectaculum rotationis ejus animum saucium debilitat ac multo plus ad caducos consternendos figulus valet, quam magus. — Neque in curando hoc morbo a magicae artis contubernio descivisse circumforaneos istos medicos, contestatur Cael. Aurel. pass. tard. I. 4. p. 315. Alii vero etiam ligamenta probaverunt et magos adhibendos, atque eorum incantationes.

p. 325. l. 18. ἀλαζόνες] Erot. p. 62. εἴρηται παρὰ τὸ ἄλῃ ζῆν· ἄλη δὲ ἡ πλάνη· καὶ ἀλήτην, τὸν πλανήτην· λέγονται δ' οὕτως καὶ οἱ ψεῦσται. Hesych. ἀλαζὼν, ὑπερήφανος, ψεύστης ἢ ἐπὶ ἄλης ζῶν. Suid. I. p. 98. Kuest. πλάνος, ὑπερήφανος, ψευδής· παρὰ τὸ ἐν ἄλῃ ζῆν — ἰδίως δὲ ἀλαζόνας τοὺς ψεύστας ἐκάλουν, ἐπεὶ λέγειν ἐπαγγέλλονται, περὶ ὧν μὴ ἴσασιν. Apposite ad hunc locum Xenoph. Cyr. discipl. II. 2. 12. ita amplectitur vim hujus

θᾶττον καὶ μᾶλλον ἰλιγγιῶσι, ὅταν ἐμβλέπωσι τοῖς κύμασι — καὶ οἱ τὰς αἰώρας καὶ τοὺς τροχοὺς θεωροῦντες. Galen. de sanit. tuend. V. 3. (VI. p. 144.) pro puer. epilept. consil. X. 488. Ch. περιπίπτειν γε μὴν ἀναγκαῖον — καὶ τροχοῖς περιδινουμένοις. Cael. Aurel. Mbb. diut. I. 4. p. 293. tenebratio vel caligo, cum proni quicquam gesserint aegrotantes, aut navem, aut rotam figuli celeri motu ferri conspexerint: aut aquam fluentem, vel magnam loci altitudinem, aut rupem viderint. p. 304. gestationem adhibemus sellarem. Etenim vehiculi motus rotarum vertiginem caliginemque facit aegrotanti, quae passionis imaginem ferat.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 137 sur 201

vocabuli: ὁ μὲν γὰρ ἀλαζὼν ἔμοιγε δοκεῖ ὄνομα κεῖσθαι ἐπὶ τοῖς προςποιουμένοις καὶ πλουσιωτέροις εἶναι, ἢ εἰσι, καὶ ἀνδρειοτέροις, καὶ ποιήσειν, ἃ μὴ ἱκανοί εἰσιν, ὑπισχνουμένοις, καὶ ταῦτα φανεροῖς γιγνομένοις, ὅτι τοῦ λαβεῖν τι ἕνεκα καὶ κερδᾶναι ποιοῦσιν. Et haud multum distat Aristot. Ethic. IV. 13. (III. p. 71. Du Val.) δοκεῖ δὴ ὁ μὲν ἀλαζὼν προςποιητικὸς τῶν ἐνδόξων εἶναι, καὶ μὴ ὑπαρχόντων, καὶ μειζόνων ἢ ὑπάρχει. Quibus locis haud ita incongruus est, qui in libello de medico Hippocrati falso adnumerato disturbatus aliquot partibus ita legitur p. 46. 47: ἔστι δὲ οἰκείη ἐπίδεσις τῆς ἰητρικῆς, ἀπ᾽ ἧς ὠφελέεσθαι τὸν θεραπεύοντα. μέγιστα δὲ ὠφελέει δύο ταῦτα, οἷς ἐστι χρηστέον, πιέσαι ὅκου δεῖ καὶ ἀνειμένως ἐπιδῆσαι. πρὸς δὲ τοὺς χρόνους τῆς ὥρης, πότε δεῖ σκεπαστικῶς καὶ μὴ, ξυνορῆν· ὅκως μηδὲ[r] ἀσθενέα λεληθὼς ποτέρῳ τούτων ἐνισχοῦ χρηστέον.

[r] Legendum dubitanter propono, ὅκως μηδὲ ἀσθενέα λελήθωσι (αἱ ἐπιδέσιες), ποτέρῳ τούτων ἐνιαχοῦ χρηστέον, ne aegrotum lateant, utro horum interdum utendum sit. Participio substitutum esse Conjunctivum facili negotio subaudiendum, haud injusto vituperabis, si integrum habebis subsequentem hujus libri locum cum multis hoc genus p. 48. ὅτε μὲν γὰρ ῥεῦμα ξυνεστηκὸς πόῤῥω τῆς ἐπιφαινομένης σαρκὸς, τὸν μὲν κύκλον αὐτῆς (τῆς σικύης) εἶναι δεῖ βραχύν. Simillimam cogitavi medelam adhibendam esse alii loco de gland. p. 419. ἐνίοτε δὲ οὐ φωνέει καὶ πνίγεται· ἀποπληξίη τῷ πάθεϊ τοὔνομα. In libris enim omnibus est ἐν ἑωυτῷ δὲ οὐ φωνέει etc. Coray autem speciose ita correxit: ἐνεός τε καὶ οὐ φωνέει solemni apud Iones tautologia.

εὐρύθμους δὲ ἐπιδέσιας καὶ θεητρικὰς μηδὲν ὠφελούσας ἀπογιγνώσκειν. φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον καὶ παντελῶς ἀλαζονικόν· πουλλάκις δὲ βλάβην οἶσον τῷ θεραπευομένῳ.

p. 325. l. 21. *παραμπεχόμενοι*] Erot. p. 304. *παρακαλυπτόμενοι. εἴρηται δὲ παρὰ τὴν ἀμπεχόνην, ἥτις ἐστὶ παρακατάληψις* (*παρακάλυψις* Foes.).

p. 325. l. 22. *διὰ τὸ μὴ ἴσχειν*] Lectio, qualem proposui ego, se ipsa tuetur.

p. 325. l. 30. *λουτρῶν τε ἀπέχεσθαι κελεύοντες*] Erasistratus, qui exinanivit abundantiam sanguinis et succi plena corpora (aliter enim, quid Graeci *πλῆθος* seu *πληθώραν* dixerint, circumscribi nequit, etsi Galenus ab his verbis suum de plenitudine librum incipiat VII. 322. *οὔτε πολλάκις ὀνομάζοντας ἕτερον ὄνομα τοῦ πλήθους μᾶλλόν ἐστιν εὑρεῖν ἅπαντας τοὺς νῦν σχεδὸν ἰατρούς, οὔτ' ἀγνοοῦντας ἕτερόν τι τούτου μᾶλλον*) iteratis[a] balneis, corporis exercitiis, a coena institutis vomitionibus, jejuniis, Epilepticis dissuasit balneorum usum Galen. adv. Erasistrateos Romae degent. X. p. 425. *λουτρῶν δὲ εἴργει πάντας ἁλῶναι πάθεσιν ἐπιληπτικοῖς.* Quo in loco latere vitium, neminem fugit. Mihi emendavi locum inserto participio v. c. *μέλλοντας.*

[a] Galen. de venaes. ad Erasist. Rom. deg. X. p. 425. *εἶτα ζητῶμεν, ὅπως αὐτὸν κενώσομεν. ἆρά γε λουτροῖς πλείοσιν ἢ γυμνασίοις ἢ τοῖς ἀπὸ δείπνων ἐμέτοις ἢ ἀσιτίαις; ταῦτα γάρ ἐστιν Ἐρασιστράτῳ πλήθους ἰάματα.*

Idem Caeciliano suasit pro puero epileptico Galen. X. p. 490. *ἀλουτεῖν δὲ προσήκει τὰ πολλά.* Sed Themison curationi admiscuit balnea. Cael. Aur. I. 4. p. 324. alia die adhibet lavacrum. Aet. Ald. p. 105. *μετὰ δὲ τὴν αὐτάρκη κάθαρσιν, λούειν αὐτούς.*

p. 325. l. 33. *τρίγλης*] Ancipitem in his nominibus, quae *διὰ τοῦ* $\overline{\alpha}$ *καὶ διὰ τοῦ* $\overline{\eta}$ *λέγουσι*, scripturam apud scriptores eosdem persaepe nutantem ostendit Lobeck. ad Phryn. p. 331 et 438. Atque *τρίγλης* quidem nomen apud Aristotelem hist. anim. V. 9. 1. (I. p. 193. Schn.) ad Schneiderum usque legebatur terminatione altera, quam Athenaeus, exemplis aliorum nominum allatis, nunquam dici statuit. Schneid. Adnotat. III. p. 282. Constantiam in exarando hoc nomine conservarunt Hippocrates, quem eo jam Ionicae dialecti tulit consuetudo, et Galenus. *Μίνθη* vero, quod ad hunc locum pertinet nomen, siquidem interpositis aliquibus verbis in nostro offenditur libello, eadem scripturae mutabilitate apud Theophrastum premitur, quos locos correxit e Med. Schneiderus, etsi Pollux utramque scripturam in nullo ponat discrimine. Est vero, quod miremur cum Hier. Mercuriali, mullum, ex[t] quo pisces a Graecis postea *ὀψοφαγιστάτοις* conviviis adhiberi coepti

[t] Plat. de rep. III. p. 404. St. *οἶσθα γὰρ ὅτι ἐπὶ στρατιᾶς ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἑστιάσεσιν οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ*

sunt, Homero quidem a coenis epulisque heroum exclusi, piscem[u] ad epulandum exquisitissimum et pretiosissimum, ut ad pondus tantumdem auri penderetur, a mensis Epilepticorum esse amotum, a Galeno de aliment. facult. III. 27. (VI. 391.) ita commendatum: *ἔστι μὲν καὶ ἥγε τῶν πελαγίων ἰχθύων, τετίμηται δ' ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς τῶν ἄλλων ὑπερέχουσα τῇ κατὰ τὴν ἐδωδὴν ἡδονῇ. — τρέφει τοιγαροῦν, ὅταν πεφθῇ καλῶς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἰχθύων μᾶλλον.* Quae pridem exposita Galeno peraeque Paulus Aegineta recoxit p. 26. *ἡ δὲ τρίγλα καὶ αὕτη πελάγιος οὖσα σκληροτέρα τε τῶν ἄλλων ἰχθύων ἐστὶ καὶ ψαφαρὰ καὶ εὔπεπτος καὶ τρόφιμος καὶ ἡδεῖα καὶ ἀλιπής.* Sed causam, cur circulatores isti mullo ne vescantur interdixerint, asservasse memoriae nostrae videtur Aelianus de nat. anim. IX. 51. *ἐν Ἐλευσῖνι τιμὰς ἔχει ἐκ τῶν μυουμένων, καὶ διπλοῦς ὁ λόγος τῆς αἰτίης τῆςδε· οἱ μέν φασιν, ἐπεὶ τρὶς*[x] *τοῦ ἔτους τίκτει· οἱ δὲ, ἐπεὶ τὸν λαγὼν ἐσθίει, ὅςπερ οὖν ἐστιν ἀνθρώπῳ θανατηφόρος. ἴσως δὲ ἐρῶ τι περὶ τρίγλης καὶ πάλιν.* Qui locus est IX. 65. *τῆς δὲ τρίγλης οὐκ ἂν γεύσαιντο*

*ὄντας, οὔτε ἑφθοῖς κρέασιν.* Aristot. hist. anim. I. p. 46. Epimet. 1. Schn.

u Horat. Serm. II. 2. 34. Juven. Satir. IV. 15. V. 92.

x Ael. de nat. an. X. 2. *τρίγλην δὲ καὶ τρὶς κύειν κατηγορεῖ, φασὶν, καὶ τὸ ὄνομα.* Aristot. hist. an. V. 9. 1. *ἡ δὲ τρίγλη μόνη τρὶς (τίκτει).*



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 141 sur 201

οἱ αὐτοὶ μύσται (οἱ μυούμενοι ταῖν θεοῖν), οὐδὲ μὴν ἡ τῆς Ἥρας τῆς ἐν Ἄργει ἱέρεια· καὶ τάς γε αἰτίας ἄνω που εἰπὼν οἶδα. Quare etiam his praestigiis ut addant rei sacrae auctoritatem, eadem quibus Eleusinis mysteriis initiati vetantur vesci, vitari et ipsi jubent. Similis rerum, quae sequuntur, vetitarum videtur esse ratio.

p. 325. l. 34. κεστρέος] Tribus[y] mugilis nomen apud Atticos distinguitur formis. Vocati enim esse traduntur κέστραι sive κεστρέαι sive κεστρεῖς, ceteris autem Graecis appellati σφύραιναι. Verumtamen stabilitas illas ejusdem piscis scripturas non fuisse, Aristophanis scholiasta ad nub. 338. sic meminit: ἰστέον, ὅτι οὐχ οἱ αὐτοὶ τοῖς κεστρεῦσιν ἰχθύσιν αἱ κεστρέαι. ἄλλοι μὲν γὰρ τὰς μυραίνας ἀξιοῦσι καλεῖν· οἱ δέ, ἄλλο τι διάφορον ἰχθύων γένος. νῦν μέντοι κεστρεῖς καλοῦμεν τοὺς κεφάλους. Quam controversiam dixerim esse coortam confusione generici κεστραίων nominis cum eo singularis piscium speciei κεστρέως. Formam genericam et obliteratam tribus in locis reposuit Schneiderus in Aristot. hist. anim. et in altero loco luxuriantem resecuit. Schn. Adnot. III. p. 288. Idem Hippocrati inolevit mendum de vict. rat. II. p. 221. οἷον κέφαλοι, κεστραῖοι, ἐγχέλυες, καὶ οἱ λοιποὶ τοιοῦτοι βαρύτεροι, quod Mackius emendavit. Codice enim uno auctore, qui κεστρέες

[y] Athen. VII. p. 323. (Schweigh. III. p. 186.)

habet, cum Sambuco recepit κεστρῆες. Ego vero credam, legi quoque posse appellativo altero nomine κέφαλοι κεστραῖοι, quum capitones accenseantur τῶν κεστραίων generi. Adde hos ex Archestrati Syracusani deipnologia versus Schneid. Arist. hist. an. Epim. I. p. 64.

*Κεστρέα τὸν θαυμαστὸν, ὅταν χειμὼν ἀφίκηται,*
*λάμβανε δ' ἐκ Γαίσωνος, ὅταν Μίλητον ἵκηαι,*
*κεστρέα τὸν κεφαλὸν, καὶ τὸν θεόπαιδα λάβρακα.*

p. 325. l. 34. ἐγχέλυος] Haec inclinamenti ratio apud Hippocratem aut frequentissima est aut sola. Anguillae laudibus iterum accinit Archestratus l. l. p. 66.

*βασιλεύει*
*πάντων τῶν περὶ δαῖτα, καὶ ἡδονῇ ἡγεμονεύει*
*ἔγχελυς, ἣ φύσει ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς.*

Galenus cum nostro facit auctore in anguilla vituperanda de Sanit. tuend. V. 6. (VI. 149.) Iidem pisces vetantur de int. aff. 214.

p. 325. l. 35. ἐπικαιρότατοι] Calvus hanc interpositionem omisit; dein Cornarius prave vertit: pisces, qui opportune haberi possunt. Foesius Sect. III. p. 145. bene superlativi vim hausit e Suida et Mercuriali vindicandam multis Hippocratis Galenique exemplis ut de fract. 722. et in eodem libro aliquoties.

p. 325. l. 36. κρεέων δὲ αἰγείου] Hippocrates de vict. rat. I. 219. 220. tantum non laudat carnes caprinas et suillas, memorat cervinas et caninas, graves esse porcellinas accusat. Infa-



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 143 sur 201

miae autem notam inussit cervinis, suillis, caprinis carnibus Galenus de san. tuend. VI. 6. (VI. 172.) idemque caprinas commendat de temperam. II. 2. (III. 54.) meliores esui et jucundiores ovillis ac suillis et caprinas caninasque sanguinem melancholicum dicit procreare de loc. aff. III. 10. (VII. 440.). Alex. Trall. I. 15. p. 67. *τῶν δὲ κρεῶν παντελῶς καλόν ἐστιν ἀπέχεσθαι τὸν παῖδα, καὶ μάλιστα τῶν χοιρείων τε καὶ βοείων — διὰ τὸ πληρωτικόν τι ἔχειν τῆς κεφαλῆς.* p. 68. *τὰ δὲ κρέα παραιτεῖσθαι — καὶ μάλιστα τὰ χοίρεια.* Paul. Aegin. p. 25. *ἡ δὲ τῶν αἰγῶν δριμεῖά τε καὶ κακόχυμος. — ἡ δὲ τῶν ἐλάφων σκληρά τε καὶ δύςπεπτος.* Oribas. Med. Coll. II. 28. (Steph. art. med. princip. p. 220.) Caelius Aurel. posteaquam methodicam epilepticorum curationem est persecutus, ceterarum sectarum laudaturus principes p. 314. ita infit: vini atque carnis imperant abstinentiam, et magis porcinae, vel bubulae, et caprinae. Similia leguntur p. 317. p. 318. neque catulorum carnibus propter suae qualitatis horrorem. — Quibus auctoribus in singulis inter se dissidentibus, ut in talibus plerumque fit rebus, subjungam nonnullos de carne canina et catulina locos, quos adeo puros habuisse antiquos ait Plinius XXIX. 4., ut etiam placandis numinibus hostiarum vice et aditialibus epulis, Plauto teste, adhiberentur et in coenis deûm apponerentur. Pausan. in Lacon. a Colophoniis deae Enodiae nigrum immo-

latum esse catellum refert. Hippocratem catellos porrexisse edendos apparet e libris de superfoet. p. 655. καὶ ἐσθιέτω σκυλάκια ἑφθὰ, quem ad locum lege Mack. I. p. 274., de vict. rat. I. 254. 257. 261 de infoecund. 622. ἐσθιέτω σκυλάκια σιαλώδεα δίεφθα. De canum veneratione ejusque causis apud Aegyptios lege Aelian. X. 45., qui multis abundat huc spectantibus locis.

p. 325. l. 38. ταρακτικώτατα] Quemadmodum sincera lectio in Ald. expp. erat detrita (obelum enim apposuit), ita de vict. rat. 218. Cod. MS. ταρακτικοὶ substituit vulgatae καταῤῥηκτικοὶ sanissimae de diaet. in mbb. acut. 277. 289. 292. Quem quum interpolasse haud indocta videatur manus, fidem ei ne temere habeamus, praecaveri velim.

p. 325. l. 39. ὀρνίθων δὲ ἀλεκτρυόνος] Hippocr. de vict. rat. I. 220. σχεδόν τι πάντα τὰ ὀρνίθια ξηρότερα ἢ τὰ τετράποδα. Galen. de alim. facult. III. 19. (VI. 386.) ἔστι δὲ τὸ γένος ἁπάντων τῶν πτηνῶν ὀρνίθων ὀλιγοτροφώτατον, εἰ παραβάλλοιτο τῷ γένει τῶν πεζῶν etc. Paul. Aeginet. ad verbum repetiit Galenum p. 24. ἡ δὲ τῶν κιχλῶν καὶ κοττύφων καὶ τῶν μικρῶν στρουθίων (στρουθῶν Gal. l. l.), ἐν οἷς εἰσι καὶ οἱ πυργῖται καλούμενοι, σκληροτέρα τυγχάνει. καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον ἥ τε τῆς τρυγόνος καὶ φάττης καὶ νίττης. Alex. Trall. p. 66. haud dissuadet carnes harum avium: ἐσθιέτωσαν — κίχλας καὶ τρυγόνας, ἀλλὰ καὶ τούτων τὰ μὴ λιπαρά.

p. 325. l. 40. ὠτίδος] De ambigua scriptura haec sunt apud Erotian. p. 272. ὀτίδος. ὀρνέου εἶδός ἐστιν, ὃ τινες ὠτίδα καλοῦσι et p. 398. ὠτίδα καὶ ὠτίδος· (l. cum H. Steph. ὠτίδος καὶ ὀτίδος) ἑκατέρως γὰρ γράφεται. ἔστι δὲ ὀρνέου εἶδος, ὃ πλεῖστον μάλιστα ἐν Θρᾴκῃ καὶ Μακεδονίᾳ εὑρίσκεται. Galen. Expl. voc. Hipp. p. 536. ὀτίδος. τοῦ ὀρνέου, ὃ Ἀριστοτέλης ὠτίδα διὰ τοῦ ω̄ καλεῖ, Ξενοφῶν δὲ ἐν τῷ πρώτῳ Κύρου ἀναβάσεως (I. 5. 2. 3.) ὀτίδα διὰ τοῦ ο̄ γράφει. Jam Stephanus in Xenophontis codd. vetustissimis et Athenaeo, ad hunc Xenophontis locum provocante, Galeni quaeritavit frustra scripturam propter nominis derivationem a pterygiis circa avis tardae aures forsitan damnandam.

p. 325. l. 42. σκορόδου καὶ κρομύου] Hipp. de vict. rat. I. 225. 226. τροφὴν μὲν οὐδεμίην δίδωσι τῷ σώματι οὐδὲ ὠφελίην. Galen. pro puer. epil. X. p. 491. ὅσα διὰ θερμότητα τὴν κεφαλὴν συμπληροῖ, καθάπερ οἶνος — καὶ κρόμμυον. Olerum in epilepsia haud vetitorum eadem pagina adumbravit elenchum. Alex. Trall. I. p. 67. καὶ κρομμύων — οὐ συμβουλεύω ἐσθίειν. In deliciis allium et caepa notum est quantopere apud Graecos fuerint ex Homero. Il. XI. 630.

ἐπὶ δὲ κρόμυον, ποτῷ ὄψον

et Aristophanis locis permultis.

p. 326. l. 1. ἱμάτιον δὲ μέλαν μὴ ἔχειν] Hujus loci mentem quin intelligat, nemo nostrum est, qui omnes aliquando funebria aut gestavi-

mus aut incedemus vestimenta. Somniorum conjectoribus similem et esse et fuisse sententiam, scimus et perdiscimus ex ipso Hippocrate de insom. p. 642. *τὰ δὲ μέλανα νοσερώτερά τε καὶ ἐπικίνδυνα*, qui postea addit, quibus atratos (*μελανοείμονας*) videre mortuos fuerit visum, portendi morbum, atque antea dixerat: *ἐσθῆτα λευκὴν ἐνδεδύσθαι καὶ ὑπόδεσιν τὴν καλλίστην ἀγαθόν*.

p. 326. l. 3. *μηδὲ ἐν αἰγείῳ κατακέεσθαι δέρματι*] Cael. Aurel. I. 4. p. 314. Prohibent praeterea supra pellem caprinam dormire, sive jacere aegrotantem: siquidem passionis facit motum. Causam unde vetent subnectit p. 318. Caprina vero pellis odoris tetri causa noxia capiti judicatur, non speciali atque privata ratione. Ammannus vero ob eundem caprarum morbum (de morb. sacr. p. 338.) fuisse vetitum suspicatur.

p. 326. l. 16. *οὔτε γὰρ φαγέειν οὔτε πιέειν*] Dissolutas formas rarenter vidi in nostro Hippocrate. *πιέειν* de morb. III. 112. *φαγέειν ἢ πιέειν* de morb. IV. 130. *φαγέειν* de int. aff. 204. At *πιεῖν* in libro de nat. mulieb. vicies septies legitur et de morb. mulier. in primo libro observavi vicies. *πιέναι* Epid. V. p. 774.

p. 326. l. 19. *ἐγὼ δὲ δοκέω, Λιβύων*] Arist. hist. anim. VIII. 27. 3. *ἐν δὲ Λιβύῃ πάσῃ οὔτε σῦς ἄγριός ἐστιν οὔτ' ἔλαφος οὔτ' αἲξ ἄγριος*. Ael. de nat. anim. XIV. 16. *αἶγες ἄγριοι τὰς Λιβύων ἄκρας ἐπιστείβοντές εἰσι κατὰ τοὺς βοῦς τὸ μέγε-*

θος ἰδεῖν. Quomodo inter se concilientur hi loci, me nescire haud diffiteor. Ac mihi credibilius est, penes Aelianum majorem esse fidem, quocum consentiat et Hippocrates et Herodotus IV. 189. τὴν δὲ ἄρα ἐσθῆτα καὶ τὰς αἰγίδας τῶν ἀγαλμάτων τῆς Ἀθηναίης ἐκ τῶν Λιβυσσέων ἐποιήσαντο οἱ Ἕλληνες· πλὴν γὰρ ἢ ὅτι σκυτίνη ἡ ἐσθὴς τῶν Λιβυσσέων ἐστὶ, καὶ οἱ θύσανοι οἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῇσι οὐκ ὄφιές εἰσι, ἀλλὰ ἱμάντινοι· τὰ δὲ ἄλλα πάντα κατὰ τωὐτὸ ἔσταλται. et Diodor. Sicul. III. 48. πάντες δ' οἱ Λίβυες οὗτοι θηριώδη βίον ἔχουσιν, ὑπαίθριοι διαμένοντες, καὶ τὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἄγριον ἐζηλωκότες. οὔτε γὰρ ἡμέρου διαίτης οὔτ' ἐσθῆτος μετέχουσιν, ἀλλὰ δοραῖς αἰγῶν σκεπάζουσι τὰ σώματα. Eadem respicit Hesych. αἰγὶς, ἣν αἱ Λίβυσσαι φέρουσι δορὰν et Apoll. Rhod. IV. 1347—1350.

κλῦτε, φίλοι· τρεῖς γάρ μοι ἀνιάζοντι θεάων,
στέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι ἐξ ὑπάτοιο
αὐχένος ἀμφί τε νῶτα καὶ ἰξύας, ἠΰτε κοῦραι,
ἔσταν ὑπὲρ κεφαλῆς μάλ' ἐπισχεδόν.

Hipp. de morb. IV. p. 157. καὶ τῶν μὲν Λιβύων χρέονται οἱ πλεῖστοι τῶν κτηνέων τοῖσι μὲν δέρμασι ἀντὶ ἱματίων, τῇσι δὲ κοιλίῃσι ἀντὶ θυλάκων.

p. 326. l. 26. οὐ γάρ ἐστι αὐτοῖσι ἄλλο προβάτιον] Quanta in scripturis Hippocrateis e Galeno innovandis, si quae inde redire Hippocrati turpiter decurtato poterunt, sit difficultas, omnes viderint, qui quae Galenus ex Hippocrate lau-

davit ad ipsum Coi senis textum attentius examinarunt. Mihi quidem constat, Pergamenum medicum in tanta librorum omne genus infinitate multa scripsisse negligenter, plura citasse. Quamvis enim sequiore aetate ineptum in vulgari dialecto diminutivorum nominum desiderium insurrexerit, quod[z] plerisque corporis partibus diminutivam tribuebat formam, istorum hominum inscitia in nostrum quoque locum irrepsisse formam diminutivam haud affirmem, in quo signatius expressiusque diminutivo nihil esse potuit. *Οὐδ᾽ ἠβαιὸν* i. e. ne ovicula quidem iis fuit praeter capras. Alter Hippocratis est locus de artic. p. 763. *καλῶς γὰρ Ὅμηρος καταμεμαθήκει, ὅτι πάντων τῶν προβάτων βόες ὅτι μάλιστα πονέουσι ταύτην τὴν ὥρην*, qui ampliorem hujus nominis confirmat significationem, a Galeno in Comm. in hunc libr. V. p. 173. ita explicatus: *πρόβατα νῦν εἶπε ἅπαντα τὰ βοσκήματα, καθάπερ ἐν τῷ περὶ ἱερῆς νόσου γέγραπται κατὰ λέξιν οὕτως· οὐκ ἔστιν ἄλλο πρόβατον οὐδὲν ἢ βόες καὶ αἶγες· καὶ τὸ παρὰ τῷ ποιητῇ τοιοῦτόν ἐστιν, ἔνθα φησὶ*

*πολλά τε οἱ πρόβατ᾽ ἐστί·* (*ἔσκε* Hom. Il. XIV. 124.)

*βούλεται γὰρ ἀγέλας βοσκημάτων δηλοῦν· ἐχρήσαντο καὶ ἄλλοι οὕτως τῶν παλαιῶν τῇ φωνῇ.* Erotian. p. 302. *πρόβατα. οὕτω καλεῖ κοινῶς πάντα τετράποδα νῦν.* Tale quiddam poetis ar-

z Lob. ad Phryn. p. 211. 212.

ctos nominum significatus ampliantibus fuisse concessum patet ex Eurip. Phoeniss. 28.

*Πολύβου δέ νιν λαβόντες ἱπποβουκόλοι*
*φέρουσ᾽ ἐς οἴκους.*

et ex Hom. Il. XX. 221.

*τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο.*

p. 326. l. 36. *οὖν*] Herodoteum *ὦν* nostris Hippocratis libris exsulat neque erat reponenda ea forma Kuehnio in Hippocratis lege p. 41. *ταῦτα ὦν* (*ὦν* lib. reliq. *οὖν* Merc. in marg.) *χρὴ ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην* etc.

p. 327. l. 1. *ἀπογίγνεσθαι*] Compositorum hac cum praepositione verborum et hujus praepositionis solius vim in utramque partem nutantem, a Lobeckio in notula ad Phryn. p. 10. exemplis illustratam, sententiarum rerumque nexu discriminandam etiam Hippocrates agnovit. Uterque enim usus, alterum quamquam rariorem et a nostro loco alienum esse concedo, apud ipsum admittitur, ut *ἀπεικὸς* de pris. med. p. 18. *ἀποτυγχάνειν* p. 25. *ἀπογιγνώσκειν* de med. p. 47. *ἀποσήπεσθαι* (a putredine vindicare Lud. Septal.) de aër. aq. et loc. p. 339., quod verbum ni multis displicuisset interpretibus, non e textu eliminassent. *ἀπόσιτος* Praed. I. p. 476 et alibi centies. *ἀποποιέειν* de superfoet. p. 652. *ἀποδιδάξαι* de fract. p. 709. *ἀπομάθημα* p. 737. Significatum aut contrarium aut nullum, si praetervides hujus praepositionis rationem singularem

apud Graecos, habes in Praedict. I. p. 481. *ἀπογίγνονται νωθροί.*

p. 327. l. 7. *ἀπάγοι*] In emendando hoc loco proxima secutus verba nolim in patrocinando longus esse. Lindenus autem, quem tantum non praeivisse emendationem dixerim, medio in itinere substitit. Emaculanda adhuc est ejusmodi vitiorum farrago in Hippocrate immensa, apud quem *ἢν* cum indicativo (de judicat. p. 441. *ἢν παρεγένετο*, ubi Lindenus *ἀφ' ἧς* dedit, p. 444. *ἐὰν πονέεται* et *ἐὰν οὐρήσει.* de morb. II. p. 72. *ἢν δὲ μὴ ῥέει.* de infoec. p. 635. *ἢν βούλει*) et optativo (de pris. med. p. 15. *ἢν ἐπιχειροίη.* de septim. part. p. 173. *ἢν συγχρέοιτο.* de vict. rat. p. 206. *ἢν κρατηθείη.* p. 208. *ἢν δύναιτο.* de nat. mulieb. p. 370. *ἢν εἴη.* de infoecun. p. 635. *ἢν βούλοιο.* de artic. p. 833. *ἢν ἐμπέσοι.* p. 852. *ἢν μὴ παρανάγοι*) indiscreta locorum ratione leguntur. Adgregabo nostro loco similiter corrigendos alios de Carn. p. 121. *οὐκ ἂν γένηται.* Praed. I. p. 500. *εἰδῇ ἂν*, quod postea recurrit. de pris. med. p. 34. *οὔτε γὰρ ἂν τοῦτό γε σαπῇ οὔτε παχυνθῇ.* de artic. p. 806. *οὐδὲν ἂν δυνηθῇ.* de int. aff. p. 241. *οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ὑγιέα ποιήσῃς.*

p. 327. l. 8. *πάντως κἂν τούτῳ τῷ λόγῳ*] Adverbium, primum quum legissem haec verba, mihi videbatur loco suo esse disturbatum atque hoc sermonis tenore efferendum *κἂν τούτῳ τῷ λόγῳ πάντως τὸ θεῖον ἀπόλλυται.* Luxare autem sanum locum postea veritus in transponendo ad-

verbio animi pependi et explicationem circumspexi persuasibilem. Namque quum istos quadruplatores medicos, in quos haud inficete dici potest ὁ πλεῖστα ἐξαπατήσας οὗτος θαυμάζεται de vict. rat. I. p. 195., jam aliquot rationibus confutasset, novo prolato argumento ita quoque effecit, deorum tolli auctoritatem. Vobis vero ante κἂν dispuncturis lineola relinqui videtur offendiculum in positione verborum et loci mens peraeque laborare.

p. 327. l. 10. μεμηχανευμένοι] Tritiorem apud Hippocratem, quae ab altero themate proficiscitur, formam non reposui communi librorum deterritus consensu.

p. 327. l. 14. ὅτι ὁ πουλὺς αὐτοῖσι τοῦ λόγου] Ad graecismum revocandum digitum intendit Aldina. Quod monuisse contentus his verbis non diutius immorabor et per se intellectu facillimis et eleganti structura conspicuis.

p. 327. l. 21. σελήνην] σεληναίην, Ionum formam, in Hippocratis libris nunquam inventam, textu exclusi, quae Corayum ubique secuturus in similibus vocabulis antiquas refingentem scripturas scribere debebam. De veneficarum sagarumque praestigiis magicisque caerimoniis concubia nocte peractis, quae his sunt persimiles, vide Horat. Epod. V. 45[a]. XVII. 5[b]. Lu-

[a] Quae sidera excantata voce Thessala
Lunamque coelo deripit.

[b] Defixa coelo devocare sidera.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 152 sur 201

cian. deor. dialog. 12. τὴν Σελήνην δὲ καθαιρεῖς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Quod Veneris in Amorem filium probrum, qui Lunam ad Endymionem, quem in Latmi saltibus dormientem oscularetur, deflexerat, Foesius Oecon. p. 223. et Mackius I p. 355. minus apte huic loco composuerunt. Lucian. Philops. 13. 14.[c] Virg. Bucol. VIII 69.[d] Tibull. I. 43.[e] Apud nostrum p. 327 iterum.

p. 327. l. 25. καὶ θάλασσαν ἄφορον καὶ γῆν] Correctiorem, quam textui insererem, expiscari non potui lectionem. At vero cur haeserim in his verbis, exponam. Primum omnium nunquam legere memini apud ceteros teratologiarum scriptores, utramque vim esse incantamentis. Obstat praeterea paululum, quominus pisces ceteraque maris animalia credamus esse dicta, πολυθρύλητον illud Homeri πόντον ἐπ᾽ ἀτρύγετον, ceteris etiam frequentatum poetis. Quod etsi ita non explicemus, ac si Homerus pisces percurrere maria nescierit, inculcatum illud pectoribus maris epitheton abjectum esse molestius ferimus. Huc accedit, quod ἄφορον statim excipit θάλασσαν, quod minus offenderet lectores, si post γῆν demum legeretur. Fluctus autem in simpulo ne videar excitare iis, quibus in vulgata acquiescere est volentibus, doctum

[c] τὴν Σελήνην κατασπῶν. — τὴν Σελήνην κατέσπασε.

[d] Carmina vel possunt coelo deducere Lunam.

[e] Hanc ego de coelo ducentem sidera vidi.

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 153 sur 201

quoque his in rebus virum hic haesitasse atque ita emendari voluisse *καὶ θάλασσαν φυρῆν καὶ γῆν*, mei judicii quantulicunque habuerim testimonium. Lacunam verborumque luxationem factam esse ratus *καὶ θάλασσαν εὔφορον καὶ γῆν ἄφορον* velim legere.

p. 327. l. 33. *οὔτε εἴργεσθαι ἂν οὐδενὸς*] Quin omnes, qui interpretum in hoc loco sanando perlustrassent frustrationes, habiturus essem consentientes, non dubitavi, recte interpungens et vertens. Censum enim si habeamus omnium interpretationum, infinitivum *εἴργεσθαι* conjunctum ab omnibus fuisse cum diis vimque activam accepisse, apparebit. Fuit autem hac re posita consequens demutare nominativum participii in accusativum. Quod qui faciunt lucem his verbis feneraturi nihil agunt et Graeci sermonis migrant praecepta, qui nudum participium, omisso articulo, hic respuit. Omnis autem illa vitiositatis messis non dehonestat eos, qui infinitivo et passivam vim et participium tribuunt, quod interpretando expressi. Neque tamen maculam huic verborum tenori adspersam, quae in exoletis libris cum proximo confluxerant enuntiato, arbitror me abstersisse totam. Tentanda enim procul dubio est interrogatio, quae sequitur, neque cum superioribus facile concinens, et cum sequentibus discrepans. Quodsi ea, quae antecedunt, respicis verba, quaestio haec est: Quî non sunt diis infensi,

qui ita eos negligunt? At qui negligunt aliquem, ei infensi esse nequeunt. Et qui haec interpretantur contrarium in modum: Quî non dii his infensi sunt, qui talia moliuntur? adversantem me non habent. Sed colluctamur frustra. Nam quae sequuntur, causam addunt interrogationi nullo modo accommodatam. Itaque causa si subsequitur, quod *γὰρ* innuit, ita corrigendam interrogationem puto: *ὧν εἵνεκά γε πῶς οὐ δεινοὶ ἄρα αὐτοί εἰσι;* Quae quum ita sint, quidni sibi ipsis assumunt omnem vim ac peritiam? Vertitur vero haec quaestio in multiplici hujus adjectivi significatione indeque quaedam proseminatur difficultas, etsi textum lacerum esse negemus.

p. 328. l. 2. *ἀλλὰ ἄνθρωποι βίου δεόμενοι*] Describit hos agyrtas ita a mendicando nominatos Hippocrates de decent. hab. p. 52. *καὶ γὰρ ἀγορὴν ἐργαζόμενοι οὗτοι μετὰ βαναυσίης ἀπατέοντες, καὶ ἐν πόλεσι ἀνακυκλέοντες οἱ αὐτοί.*

p. 328. l. 3. *ποικίλλουσι ἔς τε τἄλλα πάντα*] Propemodum eadem est huic verbo subjicienda sententia apud Sophoclem Trachin. 411.

*πῶς μὴ δίκαιος; τί ποτε ποικίλας ἔχεις;*
*ὡς ἐγὼ νοσῶν*
*οὐδὲν ξυνίημ', ὧν σὺ ποικίλλεις πάλαι.*

Longe alia est in Hom. Il. XVIII. 590. et Hippoc. de vict. rat. III. 244. *διαποικίλλοντα.* Platon. Tim. p. 85. *καταποικίλλει δὲ τὸ σῶμα λεύκας ἄλφους τε καὶ τὰ τούτων ξυγγενῆ νοσήματα*

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 155 sur 201

ἀποτίκτον. p. 87. ποικίλλει μὲν εἴδη δυσκολίας καὶ δυσθυμίας παντοδαπὰ et apud Galen. de diff. sympt. 3. (VII. 34.) ποικίλλεται δὲ (ἡ κινητικὴ) ἐν τοῖς κατὰ μέρος ὀργάνοις, ὡς φαίνεσθαι πολυειδής. de caus. sympt. II. 2. (VII. 64.) ubi eadem sunt verba. de difficul. respirat. I. 19. (VII. 238.) εὔλογον καὶ τὴν ἀναπνοὴν μεταβάλλεσθαί τι καὶ ποικίλλεσθαι. Huc quoque pertinent, quantumvis nihil ad nostrum locum faciant explicandum, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια Hipp. Praed. I. 478. Coac. praenot. 537., quae Galen. in Comment. V. p. 99. Ald. esse dicit τὰ συνεχῶς ἐπὶ τἀναντία συμπτώματα τὰς μεταβολὰς ποιούμενα.

p. 328. l. 9. κῆν μὲν γὰρ αἶγα μιμῶνται] Lucian. de dea Syr. 49. capras ovesque orgiis Berecynthiae matris fuisse adhibitas auctor est. Inde atque aliunde explicari potest, cur ab Idaea matre dixerit hunc morbum balatu insignem esse immissum.

p. 328. l. 10. κῆν βρυχῶνται] Quod Foesius speciosius quam verius conjecit βληχῶνται, ab hoc loco abhorret. Namque ex superabundanti haec verba adnexa essent superioribus, quibus eadem comprehensa est sententia, κῆν αἶγα μιμῶνται. Adde, quod, ipso Foesio teste in Oecon. p. 129, βρυχᾶσθαι rudentium leonum est, quos Rheae thensis fuisse junctos aliunde scimus. Lucret. II.

> Hanc veteres Graiûm docti cecinere poetae
> sublimem in curru bijugos agitare leones.

Luc. de dea Syr. 15. *λέοντες γάρ μιν φέρουσι.* Variat et scriptura et significatio. Soph. Trach. 801.

*πρὸς γῆν τήνδ' ἐκέλσαμεν μόλις*
*βρυχώμενον σπασμοῖσι.*

900.

*βρυχᾶτο μὲν βωμοῖσι προσπίπτουσ', ὅτι*
*γένοιτ' ἐρήμη, κλαιε δ' ὀργάνων ὅτου*
*ψαύσειεν.*

1060.

*ὅστις ὥστε παρθένος*
*βέβρυχα κλαίων.*

983.

*ἡ δ' αὖ μιαρὰ βρύκει.*

Philoct. 753.

*ἀπόλωλα, τέκνον· βρύκομαι, τέκνον, παπαῖ·*

ubi lege Buttmanni p. 130. atque Hermanni notas p. 132. qui scripturas inimico tantummodo studio in re ambigua ideoque ad Moerin atque Ammonium a viris doctis, inter medicos a Foesio multum agitata, variasse videntur.

p. 328. l. 10. *κἢν τὰ δεξιὰ σπῶνται*] Gallos in pompis festisque Cybeles diebus praeter castrationes foedas et vulnerationes insanas a dea correptos convulsionibus visos esse vexari credibile est, etsi mihi, qui pro mea aetatula omnia jam perlegisse non potui, loci non succurrerint. Ceterum de unius lateris convulsionibus, quas *ἑτεροῤῥόπους σπασμοὺς* vocant, lege Galenum de caus. morb. 7. (VII. 25.)

p. 328. l. 11. *μητέρα θεῶν*] Solis Latinis ita Cybelen vocatam esse indeque spurium ha-

10

bendum esse hunc libellum et praepropere et praepostere contendit Grimmius.

p. 328. l. 12. *ἦν δὲ ὀξύτερον καὶ εὐτονώτερον*] Hom. Il. XIV. 147 et sqq.

*Ὣς εἰπὼν μέγ᾽ ἄϋσεν, ἐπεσσύμενος πεδίοιο.*
*Ὅσσον δ᾽ ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι*
*Ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος·*
*Τόσσην ἐκ στήθεσφιν ὄπα κρείων Ἐνοσίχθων*
*Ἧκεν.*

Quem locum respicit Lucian. Philopat. 6. *ὃς τρίαιναν ἐν ταῖν χεροῖν κρατῶν, καὶ διάτορόν τι καὶ καταπληκτικὸν βοᾷ ἐν τῷ πολέμῳ, ὅσον ἐννεάχιλοι ἄνδρες, ἢ δεκάχιλοι.*

p. 328. l. 18. *Ἐνοδίου*] Compitalem deum Mercurium deamque Hecaten esse, tot veterum scriptorum locis est evictum, ut subabsurdum esset, si locos a multis jam recollectos exscribere vellem. Hecaten autem sive Dianam sive Proserpinam hic dixisse Hippocratem communis omnium interpretum est opinio. Foesius solus in Oecon. p. 212. scripsit, Mercurium quoque compitalem fuisse deum. Ego vero Mercurium dictum esse existimo. Nam Hecates plenior postea demum injicitur mentio, quam praeripuisse sibi non est putandus Hippocrates. Ad Mercurium vero *Ἀγοραῖον* propter tam foedum symptoma causam morbi relatam esse, non adeo mireris, si ad ejus statuas ubiubi erectas, praecipue in foris, unde agnomen traxit, quisquilias urbiumque purgamenta solito more fuisse

accumulata meminerimus. Alteram et ab hoc usu diversam lapidum ad Hermulas a praetereuntibus conjiciendorum consuetudinem ad Lucil. Aetn. 104 et sqq.

ut, qualis acervus
Exsilit, imparibus jactis ex tempore saxis

tangit Scaliger ex ineditis Isidori glossis: acervi fiebant in quadriviis et triviis, ad Hermulas quas vocabant, hoc est Mercurii statuas quadratas, jactis ex tempore lapidibus a praetereuntibus, qui acervi Mercurio sacri erant, a quo dicti *ἕρμακες* Graecis Eas Hermacas intelligit, de quibus Sibylla:

*καὶ πετεεινὰ σέβεσθε καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης*
*κἂν παρόδοισι λίθων συγχώματα ταῦτα σέβεσθε.*

p. 328. l. 19. *ἣν δὲ λεπτότερον* ] Cornarium sum secutus, qui ad avicularum vocem haec verba retulit concinnitatis haud negligens, quae inter haec verba et superiora *ἣν δὲ ὀξύτερον καὶ εὐτονώτερον φθέγγηται* videtur intercedere, quum me pertaedeat cum Calvo, Foesio, Mackio, Grunero, Grimmio de avium merdis haec verba accipere. Atque ita bene cadit sermo in Apollinem, oscinum cantusque praesulem. Plat. Phaed. p. 85.

p. 328. l. 29. *ἡρώων ἐπόδους* ] Furias malosque genios, quos *ἀλάστορας* et *παλαμναίους* parricidiorum vindices et ultores antiquitus Graeci habuerunt, heroum quoque adpellatos esse honorifico nomine et ex hoc loco est videre et apud sequiores scriptores, quorum unum Zeno-



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 159 sur 201

bium paroemiographum heroum vexatorum meminisse certo scio, tralatitiam esse hanc superstitionem accepi. Frustra nostri similem locum apud Hippocratem quaesivi. Atque ita heroum nomen eviluerat, ut Manes omnes, etiam abjectissimorum hominum ex infima faece plebis et sentina, heroas nominarent. In quo addam et illud etiam, Manes seu heroas apud Virgil. Aeneid. X. 39. esse Furias. Itaque omnis haec quaestio, quam ob rerum difficultates delibare primoribus tantum potui labris, ut ajunt, in orbem sensim relapsa esse dilucidum videtur. Morbos autem ab illis diis vexatoribus inflictos esse, loco qui mox est enodandus aperte commonemur. Neque minus huc refero, omissis locis tragicorum poetarum innumerabilibus, Soph. Trachin. 1225.

τίς ταῦτ᾽ ἂν, ὅστις μὴ ᾽ξ ἀλαστόρων νοσοῖ,
ἕλοιτο;

et Cael. Aurel. Mbb. chron. I. 3. p. 289, qui de Incubone haec habet: est autem supradicta passio epilepsiae tentatio. Nam quod neque deus, neque *semideus*, neque Cupido sit, libris causarum, quos *αἰτιολογικοὺς* appellavit, plenissime Soranus explicavit. — Heroas denique, averruncatores et Vejoves detestabilium, quae somniorum formidinibus oboriuntur, ominum, comprecari docet Hippocr. de Insom. 639. 640. *οὕτω χρὴ γιγνώσκοντα προμηθέεσθαι καὶ ἐκδιαιτῆσθαι καὶ τοῖσι θεοῖσι εὔχεσθαι, ἐπὶ μὲν τοῖσι ἀγαθοῖσι Ἡλίῳ,*

*Διὶ Οὐρανίῳ, Διὶ Κτησίῳ, Ἀθηναίῃ Κτησίῃ, Ἑρμῇ, Ἀπόλλωνι, ἐπὶ δὲ τοῖσι ἐναντίοισι τοῖσι ἀποτροπαίοισι* (*ἀποτροπίοισι* Vulgati libri) *καὶ Γῇ καὶ Ἥρωσι ἀποτρόπαια γενέσθαι τὰ χλαεπὰ πάντα.* Quorum choro etiam Mercurius inseritur p. 642. *εὔχεσθαι δὲ Γῇ καὶ Ἑρμῇ καὶ Ἥρωσι.* Plat. de repub. III. p. 427.

p. 328. l. 31. *ἀθειώτατον*] Erot. p. 62. Nolim attentare hunc superlativum et supponere *ἀντεόνθεον*, quod vocabulum, ordinem verborum interpretatorum certum apud Erotianum si observavimus, hunc locum jure sibi exposcere videtur. Miror autem compositionem formamque singularem atque si non Franzio (praef. p. XI.) adsentior, ex Hippocrate cum multis aliis vocabulis *ἀντεόνθεον* exsulare, corruptum saltem esse ideoque textu secludendum cum Stephano sentio.

p. 328. l. 33. *καθαίρουσι γὰρ τοὺς ἐχομένους τῇ νούσῳ, αἵμασι*] Sensus ut sublustris, non illustris sit, subobscurus efficit ordo verborum. Nam Cornarius et Lindenus mecum non faciunt, qui inter dativos priores conjugantem haud male desiderantes particulam ita interpretantur: expiant enim morbo correptos sanguine, iidemque subdunt: itemque aliis sceleribus inquinatos. Quos si sequimur, et hiulcam facimus orationem et mendosam. Male enim dehiscunt verba ita conjuncta: *καθαίρουσι γὰρ τοὺς ἐχομένους τῇ νούσῳ αἵμασι, καὶ τοῖσι ἄλλοισι τοιούτοισι μιάσμασι ἔχοντας.* Deinde quomodo excuses *ἔχον-*

*τας*, nisi forte cum Foesio (Oecon. p. 27.) pro *προςέχοντας* accipis, quam lectionem Cornarius parum recte demutavit, tute videris. Vix sufficient haec exempla: *πτυελίζοντα* Praedict. I. p. 475. *οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες κακόν.* Coac. praenot. p. 528. Sane quam mihi arrisit viri oculissimi haec interpretatio: lustrat enim eos, qui morbum contraxerunt caedibus aliisque hujusmodi piaculis. Etenim *μιάσματα* piacula esse vocata ab indignante has res omnes Hippocrate, non est mirandum.

p. 328. l. 35. *ἢ ἔχοντας ἀλάστορας*] Ita scripsi, praeeunte Lindeno hunc in modum: *μιάσμασι, ἔχοντας ἢ ἀλάστορας.* Manibus quidem temperare potuissem, non aliter intelligere locum. Quapropter errati, si qua est petenda, impetrabo veniam Nam Erotianus in eandem ac ceteri interpretes discedit sententiam mihi contrariam. Cui indicio est ejus interpretamentum p 62. Verumtamen facere cum Galeno malui, qui utramque tradit explanationem, tanquam si optio sit data p. 422. Aretaeus denique meam tutatur rationem Mbb. diut. I. 4. *ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον ἐςόδου, τήνδε ἐκίκλησκον ἱερήν.*

p. 328. l. 37. *ἐργασμένους*] Abscindere augmenta Ionum est mos. Hipp. de pris. med. p. 18. *ἀποτέλεσαν.* 20. *ὁμολογημένως*, quod intercidit exemplum, si legis *ὁμολογουμένως.* de morb. sacr. p. 329. *ἔχομεν.* (!) Num ita dixerint? Ego

scripsi *εἴχομεν* propter ancipitem sensum et quia in eadem pagella *εἴχετο* legitur. p. 337. *ξυνέτροφε.*

p. 328. l. 42. *τὰ μὲν τῶν καθαρμῶν γῇ κρύπτουσι*] Apte comparetur huic nostro loco de lustrationum ritibus Soph. Oed. Colon. 465 et sqq., ubi chorus profusam humi libationem oleaginis operiri jubet ramis, ne profanetur res sacra:

484—485. *τρὶς ἐννέ᾽ αὐτῇ κλῶνας ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν*
*τιθεὶς ἐλαίας, τάσδ᾽ ἐπεύχεσθαι λιτάς.*

Apud nostrum vero auctorem impura abscondi videntur purgamenta, ne alii polluantur contactu.

p. 329. l. 3. *ὅκη μηδεὶς ἅψεται μηδὲ ἐπιβήσεται*] Soloeca emendavi verba assensumque virorum doctorum meam conjecturam esse laturam speraverim.

p. 329. l. 7. *ὑποκηρότατον*] *ἐπικηρότατον* est Codicis Medicei lectio, a Schneidero detorta in *ἐπικαιρότατον*. Rescribere reformidavi planam, quamquam ita raram lectionem, ut *ἅπαξ εἰρημένον* esse videatur. Latinis vocabuli notio breviter tradi nequit. Significat enim id, quod maxime proclive pronumque est ad contaminandum.

p. 329. l. 19. *εἰ μὴ *ἁγνεύοι*] Ad sensum accommodatissima est conditionalis particulae restitutio, quae recte, Cordaeus etiamsi obnitatur, expungitur atque aliquorum codicum consensu in *ἢ* mutatur de Gland. p. 421. *καὶ ἀπὸ*

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 163 sur 201

τῆς μήτρης παραγίγνεται (τὸ γάλα) ἐπὶ τοὺς μαζοὺς ἐς τὴν μετὰ τὸν τόκον τῷ παιδίῳ τροφὴν, ἥν τινα ἀποπιέζει, ἢ (εἰ vulgo) καὶ ὑπερβάλλει τὸ ἐπίπλοον ἐς τὰ ἄνω, στενοχωρούμενον ὑπὸ τοῦ ἐμβρύου.

p. 330. l. 1. ὡς ὁ γόνος ἔρχεται πάντοθεν] Et genituram et loca genitalia γονὴν dixisse Hippocratem, Erotianus adnotavit p. 112. γονὴ ὁτὲ μὲν τὸ σπέρμα δηλοῖ, ὁτὲ δὲ τὴν μήτραν. κεῖται ἐν πολλοῖς παρ' Ἱπποκράτει. Utriusque significationis congessit exempla Foes. Oecon. p. 140. eodemque loco γόνον et σπέρμα distinxisse subtilitate inutili Aristotelem[f], cui nonnulli scriptores eadem commenti suffragantur, commiscuisse Hippocratem, probavit locorum testimoniis. Sententiam autem undique destillantis seminis confirmabo larga locorum ex Hippocrate ipso haustorum sylva: de genitur. p. 124. ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. p. 127. p. 130. ἐξέρχεται καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος καὶ ἀπὸ τῶν ἀσθενέων ἀσθενὴς καὶ ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρή. καὶ τῷ τέκνῳ οὕτως ἐστὶ ἀνάγκη ἀποδίδοσθαι. de aëre, aq. et

[f] De Generat. animal. I. 18. (II. 595 du Val) γονὴ μὲν οὖν τὸ ἀπὸ τοῦ γεννῶντος καλεῖται αἴτιον, ὅσα συνδυάζεσθαι πέφυκε, τὸ πρῶτον ἔχον ἀρχὴν γενέσεως· σπέρμα δὲ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τὰς ἀρχὰς ἔχον τῶν συνδυασθέντων· οἷα τά τε τῶν φυτῶν καὶ ἐνίων ζώων, ἐν οἷς μὴ κεχώρισται τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν.

loc. p. 348. *ὁ γὰρ γόνος πανταχόθεν τοῦ σώματος ἔρχεται, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερὸς,* qui ad verbum nostro loco respondet. de morb. IV. p. 120. *τοῦ ἀνθρώπου ἐς τὴν γένεσιν ἀπὸ πάντων τῶν μελέων τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς ἐλθὸν τὸ σπέρμα καὶ ἐς τὰς μήτρας τῆς γυναικὸς πεσὸν ἐπάγη.* Galen. def. med. Ald. IV. 166. *ἡ γὰρ ἡδονὴ* (l. *γονὴ*) *πανταχόθεν ἔρχεται τοῦ σώματος, ἀπὸ μὲν τῶν ὑγιῶν ὑγιὴς, ἀπὸ δὲ τῶν νοσερῶν νοσερά.* Quod animal sit, quod utero continet. Ald. IV. 19. Similem seminis commigrationem memorat Plato in Tim. p. 91. Quae quum minime adprobaret Aristoteles, omnem movit lapidem de generat. anim. I. 17. 18. ut adversariorum, qui semen omnium corporis partium esse colliquamentum asseruerant, rationes enodatius expositas subtili argumentatione infirmaret atque infirmatis substitueret suam ipsius opinionem. Quam argumentis confirmatam idoneam ita repetit disputationi finem facturus II. p. 598. Du Val. *ὅτι μὲν οὖν περίττωμά ἐστι τὸ σπέρμα χρησίμης τροφῆς καὶ τῆς ἐσχάτης, εἴτε πάντα προΐεται σπέρμα, εἴτε μὴ [πάντα], ἐν τοῖς προειρημένοις φανερόν.* Idem sentit Galen. de sem. I. 12. (III. 199. 200.) Diog. Laert. VII. 159. De Ionica scriptura *γοῦνος* semel tantum observata apud Aret. de mbb. diut. II. 5. p. 55. susque deque.

p. 330. l. 5. *τοῖσι γὰρ φλεγματώδεσι φύσι γίγνεται*] de morb. sacro p. 331. Primariorum

corporis quatuor humorum doctrinam omnium, quos Graecia tulit, medicorum libris intertextam tot tantique certatim arripuere viri, ut excusare qui vellet jamdudum explosam illam disciplinam, quam Pet. Frank. Epit. IV. 150. insanam et IV. 210. infelicem adpellat theoriam, in justam importuni antiquitatis laudatoris incurreret vituperationem. Itaque nos, qui non ii sumus, qui cum fastu et supercilio recentiorum dedignemur medicorum inventa, veterumque doctrinis solis heluemur celebrandis, errasse his in rebus Hippocratem ejusque sectatores libentissime concedentes, his placitis notissimis nisi necessitate coacti supersedemus persequendis, ne nimium excrescat oratio. Epilepsiam autem pituitae secundum Graecorum medicos debere originem, et fando omnes, qui his studiis vacant, acceperunt et ubique ad nauseam usque repetitum legerunt, ut utraque manu omnes mihi assensuros esse arbitrer, si chartae pepercero locis, qui huc pertinent, permultis omissis

p. 330. l. 14. *τῶν ἄλλων νουσημάτων τῶν μεγίστων*] Recensentur horum morborum aliquot apud Galen. de sanit. tuend. VI. 12. (VI. 182.)

p. 330. l. 17. *ὁ ἐγκέφαλος τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ διπλόος*] Morem suum sequitur Hippocrates, quem plerumque injunxisse anatomicas quaestiones libris suis longe alius argumenti Galen. refert de anat. adminis. II. 1. (IV. 47.) *βέλτιον μὲν οὖν, ὡς ἔφην, αὐτοῖς τοῖς ἰατρικοῖς βιβλίοις,*

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 166 sur 201

ἐν οἷς ἤτοι διαγνώσεις παθῶν, ἢ προγνώσεις, ἢ θεραπείας ἔγραψέ τις, ἀναμεμίχθαι τὴν ἀνατομικὴν θεωρίαν, ὃν τρόπον Ἱπποκράτης φαίνεται διαπράττων. Duplex autem esse cerebrum resciverunt et invenerunt Aristoteles hist. anim. I. 13. διφυὴς δ' ἐν πᾶσίν ἐστιν ὁ ἐγκέφαλος et Erasistratus apud Galen. de Hipp. et Plat. plac. VII. 3. (V. 210.) ὁ μὲν ἐγκέφαλος διμερὴς, καθάπερ καὶ τῶν λοιπῶν ζώων. et Galen. de usu part. VIII. 6. (IV. 489.)

p. 330. l. 19. τὸ δὲ μέσον αὐτοῦ διαιρέει μῆνιγξ λεπτὴ] Cerebri σκεπάσματα meninges sunt. Galen. de us. part. VIII. 9. (IV. 496.) Falcem aut processum falciformem dicit, quam μήνιγγα διχοτομοῦσαν appellat Galen. de anat. adminis. IX. 3. (IV. 189.) De cujus membranae nomine in praecedente capite ita edisserit Galenus: τοῦτον τὸν ὑμένα λεπτὴν ὀνομάζουσι μήνιγγα κατά δή τι παλαιὸν ἔθος, οὐκ οἶδ' ὅπως νῦν μόνοις τοῖς περὶ τὸν ἐγκέφαλον ὑμέσι φυλαχθείσης τῆς προςηγορίας. ὠνόμαζον γὰρ οὐ τούτους μόνους τοὺς ὑμένας, ἀλλὰ καὶ πάντας οἱ παλαιοὶ μήνιγγας. Similiter est aut ampliata aut primigenia nominis νηδὺς significatio apud Hippocr. de art. p. 9. conf. Erot. p. 260.

p. 330. l. 23. καὶ φλέβες δὲ εἰς αὐτὸν τείνουσι] Mirum quantum inter se distent librorum Hippocrateorum auctores in venis distribuendis venarumque fontibus definiendis. Quam in plurimis rebus anatomicis esse controversiam inter

medicos ait Galen. de anat. adminis. I. 4. (IV. 32.) *ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἐναντία δόξω λέγειν τῶν ἀνατομικῶν ἀνδρῶν τοῖς ἀρίστοις, ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ καὶ περὶ τοῦδε βραχέα προειπεῖν.* Primum enim, id quod celeberrimum fuisse antiquitus videtur, posuerunt quatuor[g] venarum paria e diversis capitis promergentia plagis earumque cursus sedulo designarunt. Quibus addunt alias venas, quae alimenta e ventriculo in universum transmittant corpus. De hom. nat. p. 276. *εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ἀπὸ τῆς κοιλίης φλέβες ἀνὰ τὸ σῶμα πάμπολλαί τε καὶ παντοῖαι, καὶ δι' ὧν ἡ τροφὴ ἐν τῷ σώματι ἔρχεται.* Atque hac quidem de distributione quatuor venarum parium, a Pelope Galeno quoque tradita, egregie loquitur Galen. de Hipp. et Plat. plac. VI. 3. (V. 186.) *τὰ δ' ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφέρεσθαι λεγόμενα τέτταρα ζεύγη φλεβῶν ἐμβεβλῆσθαί τέ μοι δοκεῖ τοῖς ἐπιγραφομένοις Ἱπποκράτους συγγράμμασι*

g Hipp. de hom. nat. p. 275 et sqq. *αἱ παχύταται δὲ τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι. τέσσερα ζεύγεά ἐστι ἐν τῷ σώματι, καὶ ἓν μὲν αὐτέων ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν διὰ τοῦ αὐχένος, ἔξωθεν ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν παρὰ τὰ ἰσχία ἀπικνέεται καὶ ἐς τὰ σκέλεα. — αἱ δ' ἕτεραι φλέβες ἔχουσι ἐκ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα διὰ τοῦ αὐχένος, αἱ σφαγίτιδες καλεόμεναι. — αἱ δὲ τρίται φλέβες ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐχένος ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας*, quarum decussationem accurate persequitur. — *αἱ δὲ τέταρται φλέβες ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ τὸν αὐχένα καὶ τὰς κληῖδας.*

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 168 sur 201

*καὶ διεσκευάσθαι φανερῶς. Οὐδὲν γοῦν αὐτῶν δείκνυται, καίτοι τἄλλα τὰ περὶ φλεβῶν εἰρημένα πρὸς Ἱπποκράτους ὡμολόγηται τοῖς ἀνατομικοῖς ἀνδράσι, καὶ δείκνυται καὶ πρὸς ἡμῶν. τὰ τέτταρα δὲ ἐκεῖνα ζεύγη πρὸς τῷ μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἄλλου λέγεσθαι τῶν ἀνατομικῶν, οὐδὲ δείκνυται πρός τινος.* Verbosior sane est locus, quam qui totus possit huc transscribi. Disserentem igitur qui audire velit Galenum de auctoritate eorum librorum, in quibus haec doctrina traditur, ipsum evolvat. Ita autem ab omni hac disputatione recedit p. 187. *ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἔστι γνήσιος οὔθ' Ἱπποκράτους οὔτε Πολέβου τῶν εἰρημένων φλεβῶν ἡ ἀνατομὴ, καὶ πρὸ ἡμῶν μὲν ἑτέροις ἀποδέδεικται, καὶ ἡμεῖς δ' ἂν, εἰ θεὸς δοίη ποτὲ περὶ τῶν γνησίων Ἱπποκράτους συγγραμμάτων πραγματεύεσθαι, διὰ πλειόνων ἐπιδείξομεν, ἥτις ἐστὶν Ἱπποκράτους γνώμη περὶ φλεβῶν ἀρχῆς, ἣν ἔκ τε τοῦ περὶ τροφῆς ἔνεστι λαβεῖν καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδημιῶν* p. 703. Eadem quatuor paria describuntur de oss. natura p. 300—302. Deinde huic distributioni contraria est multisque aliis propter fontes recte in corde quaesitos antehabenda, quam legimus de carnib. p. 115. *δύο γάρ εἰσι κοῖλαι φλέβες ἀπὸ τῆς καρδίης· τῇ μὲν οὔνομα ἀρτηρίη, τῇ δὲ κοίλη φλὲψ, πρὸς ᾗ καρδίη ἐστί.* Miraberis, credo, si porro perrexeris hunc locum legere, aortam nostram et descendentem et ascendentem, modo ne *κοιλοτάτη φλὲψ* nominetur, perbene esse descriptam. Jam

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 169 sur 201

vero ad librum de alimento venio, cui Galenus loco supra commemorato auctoritatem conciliasset nulla censura vincibilem, cui Mercurialis in Caeritum tabulas tantum non referendus, quia hunc librum propter sermonis brevitatem, verborum gravitatem, dogmatum consonantiam, *dictionis obscuritatem* Hippocratis habuit chirographum, addito suo calculo parum esset velificatus, nisi Galenum illos potissimum libros declarasse verissimos haberemus compertum, quos suis placitis esse accommodatissimos animadvertisset. Sed abunde satis explicuit Grunerus Cens. p. 128. veram hoc de libro opinionem. Est vero in illo libro p. 596. ita: *ῥίζωσις φλεβῶν ἧπαρ, ῥίζωσις ἀρτηριῶν καρδίη. ἐκ τούτων ἀποπλανᾶται ἐς πάντα αἷμα καὶ πνεῦμα, καὶ θερμασίη διὰ τούτων φοιτᾷ.* E quibus verbis Hippocrates non videtur redolere, qui arteriarum venarumque discrimina si non ignorasse, non expressisse saltem putatur idque ab ipso Galeno de Hipp. et Plat. plac. VI. 8. (V. 201.) *καλεῖται δ' ὑπὸ τῶν παλαιοτάτων ἰατρῶν καὶ φιλοσόφων καὶ τουτὶ τὸ γένος τῶν ἀγγείων ὡςαύτως θατέρῳ φλὲψ, ὑπὸ δὲ τῶν ἄλλων ἀρτηρία μὲν τὸ σφύζον, τὸ δὲ ἄσφυκτον φλέψ.* de foet. format. 3. (V. 291.) *ὡς οἵ γε παλαιοὶ κοινὸν ὄνομα τὸ τῶν φλεβῶν ἑκατέρῳ τῷ γένει τῶν ἀγγείων ἐπέφερον.* de caus. morb. 3. (VII. 20.) *ὀνομάζει μὲν γὰρ (Ἱπποκράτης) ὁμοίως τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς τὰ δύο γένη τῶν ἐναίμων ἀγγείων φλέβας, οὐχ ὥςπερ οἱ νεώ-*

τεροι τὸ ἕτερον μόνον τὸ μὴ σφύζον. Quod fortassis venit a sempiterna utriusque vasorum generis conjunctione. De us. part. XVI. 14. (IV. 697.) οὐδαμόθι γὰρ ἀπολείπεται φλὲψ ἀρτηρίας, ἀλλ' ἔνθα ἂν ἴδῃς ἀρτηριῶδες ἀγγεῖον, ἐνταῦθα ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ καὶ φλέψ. Ipse autem quum Galenus[h] venarum fontem hepar, cor arteriarum esse perhiberet, Hippocratem, si posset, afferre auctorem Coi senis observantissimus sectator est conatus. Subobscuram neque multum disparilem quatuor, quae supra dixi, paribus venarum distributionem invenimus in libro de loc. in hom. p. 366 et sqq. Eadem autem est ut in nostro loco, ad quem haec omnia disputamus, de morb. I. p. 30. ἡ φλὲψ ἡ σπληνῖτις καλεομένη

[h] Gal. de venar. et arteriar. dissectt. 1. (IV. 225.) de usu part. I. 16. (IV. 299.) αἱ φλέβες δ' ἐξ ἥπατος λαμβάνουσι τὴν φυτικήν. IV. 12. (IV. 380.) ἐπὶ τοῦ ἥπατος ὑποκείμεθα φλεβῶν ἀρχὴν εἶναι. XVI. 1. (IV. 672.) νεύρων μὲν ἀρχὴν εἶναι τον ἐγκέφαλον, ἀρτηριῶν δὲ τὴν καρδίαν, τὸ δ' ἧπαρ τῶν φλεβῶν. de foet. format. 3. (V. 291.) et de Hipp. et Plat. plac. VI. 8. (V. 201.) sudat in interpretando Platonici Timaei hoc loco p. 70. τὴν δὲ δὴ καρδίαν ἅμμα τῶν φλεβῶν καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος ἐς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κατέστησαν, cujus loci mentem ita detorquet, ut φλέβας esse arterias et τὸ περιφερόμενον αἷμα esse spiritum efficiat. Aretaeus de morb. diut. I. 13. τὸ κράτος τῆς τροφῆς τὸ ἧπαρ ἴσχει· ῥίζωσις γὰρ φλεβῶν ἧπαρ. Curat. acut. mbb. II. 6. ἐν ἥπατι τοῦ αἵματος ἡ γέννα καὶ ἐς τὸ πᾶν ἔνθεν ἡ τοῦ ἀφεψὴ (l. τοῦ αἵματος ἄφεσις).

τείνει ἀπὸ τοῦ σπληνὸς ἐς τὸ πλευρὸν, ἐκ δὲ τοῦ πλευροῦ ἐς τὸν ὦμον καὶ ἐς τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερήν· ἡ δὲ ἡπατῖτις ἐς τὰ δεξιὰ ὡςαύτως.

p. 330. l. 28. τὸ μέν τι] Satis speciosa est, quam in textum recepi, conjectura, undecunque in Foesianum subrepsit textum. Cujus usus suppetunt haec exempla: de vict. rat. III. 259. οἱ δέ τινες. Galen. de natural. facultat. III. 10. (V. 66.) τὸ μέν τι νικηθέντες ὑπὸ τῶν σοφισμάτων ἐπείσθησαν αὐτοῖς, τὸ δέ τι καὶ ἀντιλέγειν ἐπιχειρήσαντες.

p. 330. l. 34. διὰ φρενῶν τῶν δεξιῶν] Hic verborum tenor erat, ἡ δὲ ἑτέρη ἄνω τείνει διὰ φλεβῶν τῶν δεξιῶν. Quid est ineptire, nisi hoc est? Velim igitur et pervelim, meam emendationem ita probari viris doctis, ut necessaria esse videatur. Apud Galenum autem necessaria haec via esse dicitur de us. part. IV. 14. (IV. 385.) ἡ γὰρ κοίλη φλὲψ ἐκείνη, περὶ ἧς ἤδη διελέχθην, παντὶ τῷ σώματι διανέμουσα τὸ αἷμα, πάντως μὲν ἐδεῖτο καὶ πρὸς τὴν καρδίαν ἀνιέναι· δι᾽ ἑτέρου δὲ οὐκ ἦν ἄμεινον ἀγαγεῖν αὐτὴν χωρίου, μέλλουσαν τὰς φρένας ἐξ ἀνάγκης διέρχεσθαι. VI. 4. (IV. 419.) ἀναγκαῖον μὲν ἦν διὰ μέσων τῶν φρενῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀναφέρεσθαι.

p. 330. l. 39. ὥςτε κατάδηλός ἐστι] Galen. de venar. et arter. dissect. 7. (IV. 332.) ταῦτα δ᾽ ὁρᾶται κἀπὶ τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁσημέραι.

p. 331. l. 11. αὗται γὰρ ἡμέων εἰσὶ ἀναπνοαὶ] Animae reciprocationem vitae sustentandae ma-

xime esse necessariam inde ab antiquissimis temporibus ita, opinor, perspectum erat, ut brutis mutisque animantibus longe inferiores fuissent homines, qui vel illam ipsam respirationem indifferenter tulissent. Neque sane per est mirum, ita levitati suae non indormivisse priscos, quominus spiritus auctorem ipsum deum haberent. Satius vero est, testimoniis vetustissimis ne in procinctu quidem allatis, descendere ad ipsum nostrum Hippocratem, insigniorem his in rebus auctorem, de oss. nat. p. 304. *αἱ φλέβες διὰ τοῦ σώματος κεχυμέναι πνεῦμα καὶ ῥεῦμα καὶ κίνησιν παρέχονται, μιῆς πουλλαὶ διαβλαστάνουσαι καὶ αὕτη μὲν ἡ μία ὅθεν ἦρται* (l. *ἦρκται*) *καὶ ᾗ τετελεύτηκεν οὐκ οἶδα. κύκλου γὰρ γεγενημένου ἀρχὴ οὐκ εὑρέθη.* Eleganter aëris utilitatem laudavit de flat. p. 402 et sqq. *Ὅταν οὖν πουλὺς ἠὴρ ἰσχυρὸν τὸ ῥεῦμα ποιήσῃ, τά τε δένδρεα ἀνασπαστὰ πρόῤῥιζα γίγνεται διὰ τὴν βίην τοῦ πνεύματος, τό τε πέλαγος κυμαίνεται, ὁλκάδες τε ἄπειροι τῷ μεγέθει ἐς ὕψος διαῤῥίπτονται. — τί γὰρ ἄνευ τουτέου γένοιτο ἄν; ἢ τίνος οὗτος ἄπεστι; ἢ τίνι οὐ ξυμπάρεστι; ἅπαν γὰρ τὸ μεταξὺ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ πνεύματος συμπλέον ἐστί. τοῦτο καὶ χειμῶνος καὶ θέρεος αἴτιον, ἐν μὲν τῷ χειμῶνι πυκνὸν καὶ ψυχρὸν γιγνόμενον, ἐν δὲ τῷ θέρεϊ πρηῢ καὶ γαληνόν. ἀλλὰ μὴν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων ὁδὸς διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι, τῷ γὰρ πυρὶ τὸ πνεῦμα τροφὴ, τοῦ δὲ πνεύματος τὸ πῦρ στερηθὲν οὐκ ἂν δύναιτο ζώειν. — τοῖσι δ'*



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 173 sur 201

*αὖ θνητοῖσι οὗτος αἴτιος τοῦ τε βίου καὶ τῶν νουσέων τοῖσι νοσέουσι· τοσαύτη δὲ τυγχάνει πᾶσι χρείη τοῖσι σώμασι τοῦ πνεύματος ἐοῦσα, ὥςτε τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀποσχόμενος ὁ ἄνθρωπος καὶ σιτίων καὶ ποτῶν δύναιτ' ἂν ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς καὶ πλείονας διάγειν· ἢν δέ τις ἐπιλάβῃ* (optat. vulg.) *τὰς τοῦ πνεύματος ἐς τὸ σῶμα διεξόδους ἐν βραχεῖ μέρεϊ ἡμέρης, ἀπόλλοιτο ἂν ὡς μεγίστης χρείης ἐούσης τῷ σώματι τοῦ πνεύματος.* Eadem persequitur Plato in Timaeo, Aristoteles libro de respiratione, Cicero de nat. deor II. 45 55. Aretaeus de mbb. acut. II. 1. *δυοῖσι τοῖσι πρώτοισι, τροφῇ καὶ πνεύματι, τὰ ζῶα ζῇ, τουτέων δὲ πολλὸν ἐπικαιροτέρη ἡ ἀναπνοή.* Galenus autem de usu respirat. 1. (V. 413.) ubi recensuit Asclepiadis, Praxagorae, Philistionis et Dioclis, Hippocratis, Erasistrati opiniones, quas postea aut improbet confutatas aut laudet probatas, ejusdem libelli capite tertio (V. 419.) difficultatem viamque et rationem hujus quaestionis explicandae optime sensit: *ταύτας (τὰς φλόγας) γὰρ ἐναργῶς ὁρῶμεν οὕτω ταχέως ἀπολλυμένας, ὅταν ἀποστερηθῶσιν ἀέρος, ὥςπερ τὰ ζῶα, καθάπερ δηλοῦσιν αἱ τῶν ἰατρῶν σικύαι, καὶ πάνθ' ὅσα στενὰ καὶ κοῖλα περιτιθέμενα, τῆς διαπνοῆς αὐτὰ εἴρξαντα, ῥᾳδίως κατασβεννύουσιν. ἂν τοίνυν εὑρεθῇ, τί ποτε φλόγες ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι πάσχουσαι σβέννυνται, τάχα ἂν εὑρεθείη, τί ποτέ ἐστιν, ὃ παρὰ τῆς ἀναπνοῆς ἀπολαύει χρηστὸν ἡ ἐν τοῖς ζώοις θερμασία.* Quem si librum

porro legeris, capite quinto (V. 423.) invenies scriptum, esse, quibus spiritus e corde per vasa antea distributus tandem ad cerebrum pertingere et quibus statim per nares adpellere in cerebrum videatur: *τοῖς μὲν γὰρ ἐκ τῆς καρδίας διὰ τῶν ἀρτηριῶν ἐπὶ τὰς μήνιγγας, τοῖς δὲ εὐθὺς διὰ τῶν ῥινῶν εἰς τὰς κατὰ τὸν ἐγκέφαλον κοιλίας ἔρχεσθαι τὸ πνεῦμα δοκεῖ.* Quarum opinionum alteram praefert, alteram non explodit V. p. 424. *ἀναγκαῖον οὖν ἐκ τῆς διὰ τῶν ῥινῶν ἐστιν ὡς τὴν πλείστην εἶναι τροφὴν τῷ ψυχικῷ πνεύματι.*

p. 331. l. 18. *ἢν γὰρ στῇ κου καὶ ἀποληφθῇ* ] De nat. puer. p. 134. *πάντα γὰρ ὅσα θερμαίνεται, πνεῦμα ἀπίησι καὶ ἕτερον ψυχρὸν κατὰ τοῦτο ἀντισπᾷ ἀπ᾽ οὗ τρέφεται.* de morb. IV. p. 129. *αὗται δὲ (αἱ φλέβες), μέχρις οὗ ἂν ζώῃ ὁ ἄνθρωπος, ἀνεῴγασι καὶ δέχονται καὶ ἀπιᾶσι [παλαιόν] τε καὶ νέον ὑγρόν.* Hac autem reciprocatione impedita morbos necessario exoriri patet.

p. 331. l. 23. *νάρκη ἔχει* ] De virg. morb. p. 356. *ὁκόταν κατημένῳ πουλὺν χρόνον τὸ ἐκ τῶν ἰσχίων καὶ μηρῶν αἷμα ἀποπιεχθὲν ἐς τὰς κνήμας καὶ τοὺς πόδας νάρκην παράσχῃ.*

p. 331. l. 39. *ἕξει* ] Concinnitatem orationis servaturus Lindenus supra *ἕξει* scribere pro *ἔχει* ausus est. Servini autem libris manuscriptis et Mediceo codici solis fidem non esse habendam saepius sum expertus Item de vict. rat. I. p. 196. lectionem *ἔχει*, quam Cod. MS. pro vulgata *ἕξει* praebet, non probaverim.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 175 sur 201

p. 331. l. 40. *ἤχου πλέην*] Alia est ejusdem sonitus causa de morb. II. p. 38. *καὶ ἠχέει μὲν ἅτε τῶν φλεβίων σφυζόντων καὶ παλλομένων· τηνικαῦτα γὰρ ἦχος ἔνεστι ἐν τῇ κεφαλῇ.*

p. 332. l. 1. *ἐκεῖνος κακοῦται*] De morb. I. p. 4. *ὄμματα δὲ πηροῦνται καὶ ἀκοὴν ὑπὸ φλέγματος καταστηρίξαντος.*

p. 332. l. 6. *καὶ ὁκόσοισι μὲν παιδίοισι ἐοῦσι ἐξανθέει ἕλκεα*] Impetigines, quarum ingens apud infantes est multitudo et frequentia, Hippocratem cogitasse, non dubito affirmare, praesertim quum apud eum latior sit hujus nominis ambitus. De qua re vide Foes. Oecon. p. 200. Libyas autem artem adhibuisse infantibus, quos a pituita liberarent, memoriae prodidit Herod. IV. 187. *τῶν παιδίων τῶν σφετέρων, ἐπεὰν τετραέτεα γένηται, οἴσπη προβάτων καίουσι τὰς ἐν τῇσι κορυφῇσι φλέβας· μετεξέτεροι δὲ αὐτέων, τὰς ἐν τοῖσι κροταφοῖσι· τοῦδε εἵνεκα, ὡς μή σφεας ἐς τὸν πάντα χρόνον καταῤῥέον φλέγμα ἐκ τῆς κεφαλῆς δηλῆται. καὶ διὰ τοῦτό σφεας λέγουσι εἶναι ὑγιηροτάτους.*

p. 332. l. 8. *καὶ σιαλώδεα γίγνεται καὶ μυξόῤῥοα*] De vict. rat. III. p. 249. *μύξαι γὰρ καὶ σίελα πλησμονῆς ἐστι κρίσις.* Galen. de temperam. II. 2. (III. 60.) *πολὺ μὲν γὰρ τῆς τῶν παίδων οὐσίας, ὑγρᾶς οὔσης, ἐκτὸς ἀποῤῥεῖ.*

p. 332. l. 21. *ἢν δὲ ἐπὶ τὴν καρδίην ποιήσηται ὁ κατάῤῥοος*] Diversis corporum partibus ab hoc morbo has strui insidias atque inferri has

calamitates alibi luculentius dicere Hippocratem haud memini.

p. 332. l. 25. ἔνιοι δὲ καὶ κυφοὶ γίγνονται] Universe loquitur morbis haec fieri posse de artic. p. 793. σπόνδυλοι δὲ οἱ κατὰ ῥάχιν ὅσοισι μὲν ὑπὸ νουσημάτων ἕλκονται ἐς τὸ κυφόν. Morbo sacro similia fiunt. Praed. II. p. 500. ἢ ἐν τοῖσι πλευροῖσι διαστρέμματα ἔχουσι — ἢ ὄρχις μέγας γέγονε, ἢ χεὶρ λεπτὴ, καὶ ἀκρατὴς, ἢ πούς, ἢ κνήμη ξύμπασα ἐχωλώθη.

p. 332. l. 26. τὸ φλέγμα ψυχρὸν] De hom. nat. p. 270. ψυχρότατον γάρ ἐστι. de morb. I. p. 27. ψυχρότατον γὰρ φύσει τὸ φλέγμα, θερμότατον δὲ τὸ αἷμα. ψυχρότερον δέ ἐστι καὶ ἡ χολὴ τοῦ αἵματος. ὅταν οὖν ταῦτα ξυμμιχθῇ ἢ ἀμφότερα ἢ τὸ ἕτερον ἐς τὸ αἷμα, πήγνυσι τὸ αἷμα. οὐ παντάπασι δέ· οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος, εἰ τὸ αἷμα πυκνότερόν τε καὶ ψυχρότερον γένοιτο πολλαπλασίως. Multa, quae sequuntur, huc quoque pertinent; sunt vero fusiora, quam ut transscribere omnia queam. Galen. de temperam. II. 3. (III. 61.) ψυχρότατον δὲ καὶ ὑγρότατον ἁπάντων τῶν ἐν τῷ ζώῳ τὸ φλέγμα. De inaequal. intemper. 3. (VII. 173.). A qua pituitae natura dissentit. Prodici definitio, quam re concinere, verbis discrepare dicit Galen. de nat. facult. II. 9. (V. 50.) Πρόδικος δ' ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου γράμματι τὸ συγκεκαυμένον καὶ οἷον ὑπερωπτημένον ἐν τοῖς χυμοῖς ὀνομάζει φλέγμα παρὰ τὸ πεφλέχθαι· τῇ λέξει μὲν ἑτέροις χρῆ-

ται, φυλάττει μέντοι τὸ πρᾶγμα κατὰ ταὐτὸ τοῖς ἄλλοις. τὴν δ' ἐν τοῖς ὀνόμασι τοῦ ἀνδρὸς τούτου καινοτομίαν ἱκανῶς ἐπιδείκνυται καὶ Πλάτων. ἀλλὰ τοῦτό γε τὸ πρὸς ἁπάντων ἀνθρώπων ὀνομαζόμενον φλέγμα, τὸ λευκὸν τὴν χρόαν, ὃ βλένναν ὀνομάζει Πρόδικος etc. et ab Hippocrate in pituitae origine explicanda discedentem Platonem vituperat de Hipp. et Plat. plac. VIII. 6. (V. 241.) τοῦτο οὖν ὁ Πλάτων οὐκ ἀκριβῶς ἔγνω τῆς Ἱπποκράτους τέχνης, καίτοι πειρώμενος ἕπεσθαι τἀνδρὶ — τὸ δ' ἐκ συντήξεως ἁπαλῆς σαρκὸς γενέσθαι ποτὲ φλέγμα (Plat. Tim. p. 83.) τῶν ἀτοπωτάτων ἐστὶ, πλὴν εἴ τις Πρόδικος ὑπαλλάττων τοὔνομα τὸν πικρόχολον χυμὸν ὀνομάζει φλέγμα διὰ τὸ νομίζειν, ἀπὸ τοῦ πεφλέχθαι τὴν προςηγορίαν αὐτῷ γεγονέναι. Iccirco morbus sacer adnumeratur frigidis morbis; partim enim caput, in quo cerebrum frigidi et glutinosi sedes est et matrix, (de carnib. p. 114.) e ventriculo cucurbitulae instar, partim reliquum corpus pituitam attrahit. De morb. IV. p. 124. τὸ μὲν σῶμα ἕλκει ἐς ἑωυτὸ, τὸ δὲ ἡ κεφαλὴ κοίλη ἐοῦσα, καὶ ὥςπερ σικύη ἐπικειμένη ἕλκει τὸ φλέγμα, ἅτε γλίσχρον ἐόν.

p. 332. l. 32. τὰ ἄσθματα ἐπιπίπτειν καὶ τὴν ὀρθοπνοίην] De morb. II. p. 82. ἢν πλησθῇ ὁ πλεύμων, βὴξ ἴσχει καὶ ὀρθοπνοίη καὶ ἄσθμα.

p. 333. l. 3. ἢν δὲ ἐς τὴν κοιλίην] Hac via exonerata pituita salubritatem facile reddit. De morb. IV. 12. καὶ ἄριστον ἂν συμβαίη, εἰ ἐς τὴν

*κοιλίην ἀπίκοιτο· ἐξέλθοι γὰρ ἂν σὺν τῇ κόπρῳ. εἰ μὲν πουλλὸν εἴη καὶ ὑγρὸν, ὑγρήνειε τὴν κόπρον· εἰ δὲ ὀλίγον, οὐκ ἂν ποιήσειε.* de loc. in hom. p. 393. *ἐπὴν γὰρ τὸ φλέγμα ἐς τὴν κοιλίην ἐςέλθῃ, ἰνηθμὸς γίγνεται.*

p. 333 l. 7. *ἄφωνός τε γίγνεται*] De vict. ration. in morb. acut. p. 300. *καὶ ἀφωνίη καὶ καρηβαρίη καὶ σπασμοὶ, ἢν ἤδη ἐπὶ τὴν καρδίην ἢ τὸ ἧπαρ ἢ ἐπὶ τὴν φλέβα διέλθῃ· ἔνθεν ἐπίληπτοι γίγνονται.* Aret. de morb. acut. I. 5. *ὡς ἐν πνιγὶ ἀφωνίη, ἀναισθησίη, καὶ εἰ μέγα ἐμβοῆς· νυγμὸς δὲ καὶ στεναγμὸς ἡ φωνὴ καὶ ἡ ἀναπνοὴ καὶ ἡ πνὶξ ὡς ἀπαγχομένῳ.* de morb. diut. I. 4. *γλῶσσα ἀσαφὴς καὶ παράφορος.* Cael. Aurel. de mbb. diut. I. 4. p. 291. linguam quoque inflexibilem. Paul. Aegin. p. 63. *προηγεῖται μὲν οὖν τῶν ἐπιληπτικῶν — ὠχρότης δὲ προςώπου καὶ γλώττης ἄτακτος κίνησις. τινὲς δὲ καὶ καταδάκνουσιν αὐτήν.*

p. 333. l. 8. *καὶ ἀφρὸς ἐκ τοῦ στόματος ἐκρέει*] De flat. p. 412. *καὶ ἀφροὶ διὰ τοῦ στόματος ἀνατρέχουσι εἰκότως.* de morb. mul. I. 427. *καὶ σίαλα ἐπὶ στόμα ῥέει.* Cels. III. 23. ex ore spumae moventur. Aret. de Morb. acut. I. 5. *ἀφρὸν δὲ ἀποπτύουσι ὥςπερ ἐπὶ τοῖσι μεγάλοισι πνεύμασι ἡ θάλασσα τὴν ἄχνην.* Cael. Aurel. de mbb. diut. I. 4. p. 291. aliquibus etiam confusae vocis emissio et ante dimissionem per os atque nares spumarum fluor. p. 295. p. 297. Paul. Aegin. p. 63. *ἐξαίρετον δὲ μάλιστα σημεῖόν ἐστιν αὐτῶν ὁ τοῦ στόματος ἀφρισμός.* Boerh. de morb. nerv.

II. p. 638. 642. Qui simulant epilepsiam, haec imitantur vaferrime Pet. Frank. Epit. V. p. 2. p. 148. Epistaxin videt Pet. Frank. Epit. V. p. 2. p. 132.

p. 333. l. 9. *καὶ οἱ ὀδόντες ξυνήρκασι*] Perfecti formam exemplis firmare non potui. Neque vero me fugit, *ξυνερείδειν* plerumque de dentium conclusione usurpari et ab Hippocrate et Aretaeo, ejus imitatore. Mackium tamen impune hujus verbi perfectum, nunquam a me apud Hippocratem hac forma observatum, non solum finxisse, verum etiam in textum recepisse, vix crediderim. cf. Foes. Oecon. p. 597. Restat, ut similes subnectam locos, sicuti in superioribus jam institui: de nat. mulieb. p. 359. *ἄφωνος ἐξαπίνης γίγνεται καὶ τοὺς ὀδόντας ξυνερείδει.* Neque tamen de epilepticis sermo est mulieribus, de praefocatis potius matrice hepati appressa. Aret. de mb. acut. I. 5. *κοτὲ σπασμῷ ξυνερείδουσι οἱ ὀδόντες.* Cael. Aurel. de mbb. diut. p. 292. sequitur etiam gutturis stridor — et illisio dentium atque stridor et linguae prolapsio, quae saepe quassatione, saepe incisura vexatur. Boerh. de morb. nerv. II. p. 639. Quid, quod linguam immordeant. Pet. Frank. Epit. V. p. 2. p 153.

p. 333. l. 9. *αἱ χεῖρες ξυσπῶνται*] de flat. p. 412. *ὑπὸ δὲ τῆς διαστροφῆς τοῦ αἵματος αἱ διαστροφαὶ τοῦ σώματος παντοίως γίγνονται.* Aret. de mbb. acut. I. 5. *δάκτυλοι γοῦν μεγάλοι χειρῶν*

ἢ ποδῶν ξυνέλκονται καὶ πόνος, καὶ νάρκη, καὶ τρόμος ἕπεται. χεῖρές δὲ οἱ σπασμῷ συνέρχονται (l. συνέχονται e MSS. Petit.). Boerh. de mbb. nerv. p. 639.

p. 333. l. 10. τὰ ὄμματα διαστρέφονται] Aret. de morb. acut. I. 5. ὀφθαλμοὶ ἐνδεδινημένοι, βλέφαρα τὰ πολλὰ διέχοντα ξὺν παλμῷ· ἢν δὲ ἐπιμύσαι κοτὲ ἐθέλοιεν, οὐ ξυμβάλλουσι τὰ βλέφαρα, ὡς καὶ τὰ λευκὰ ὁρῆσθαι ἐξ ὑποφάσιος. de morb. diut. I. 4. ἐπίπονος ἡ νοῦσος σπασμοῖσι καὶ διαστροφῇσι μελέων τε καὶ ὄψιος. Cael. Aurel. de morb. diut. I. 4. p. 292. vultus contortio, vel oculorum sequitur, quae saepe perseverans, etiam post accessionem strabos fingit aegrotantes. Boerh. l. l.

p. 333. l. 11. καὶ οὐδὲν φρονέουσι] De flat. p. 411. ἀναίρεται — ἡ φρόνησις. p. 412. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀναίσθητοι πάντων εἰσὶ, κωφοί τε τῶν λεγομένων καὶ τυφλοὶ τῶν γιγνομένων, ἀνάλγητοί τε πρὸς τοὺς πόνους. Cael. Aurel. de morb. diut. I. 4. p. 292. Obtinente passione et jam occupato corpore, sensuum privatio. Alex. Trall. I. 15. p. 62. οὔτε γὰρ ἀκούειν, ἢ ὁρᾷν, ἢ νοεῖν ὅλως, ἢ μεμνῆσθαί τινος δύνανται, ἀλλὰ πάσης αἰσθήσεως ἔρημοι κεῖνται, καὶ νεκρῶν οὐδὲν ἀπέχοντες. Paul. Aeginet. p. 63. τῶν προσεχῶν λήθη.

p. 333. l. 12. ἐνίοισι καὶ ὑποχωρέει ἡ κόπρος κάτω] Praed. II. p. 506. ὅταν καὶ παλαιότερον γένηται τὸ νούσημα, οὐκ ἐπαΐοντι τῷ ἀνθρώπῳ ἥ τε κόπρος διαχωρέει καὶ τὸ οὖρον. Est quidem in

hoc loco sermo de medullae spinalis morbo; quare Hippocrates mecum non faceret, hunc locum huc relatum esse si intelligeret. At ablandiuntur mihi nostrates medici omnes Aret. de morb. acut. I. 5 *ἢν δὲ ἐς ἄφεσιν ἀφικνέωνται τοῦ κακοῦ, οὖρα αὐτόματα, κοιλίης περίπλυσις· μετεξετέροισι δὲ καὶ γονῆς ἀπόκρισις τῇ θλίψι καὶ πιέσι τῶν ἀγγείων.* de morb. diut. I 4. *αἰσχρὴ δὲ καὶ ἡ ἀπόλειψις αὐτέου, ἐπὶ ἀφόδῳ καὶ οὔροισι, καὶ αὐτομάτῳ κοιλίῃ.* Cael. Aurel. de morb. diut. l. 4. p 292. sequitur etiam praecordiorum ad superiora raptus, vel stercorum et urinae involuntaria emissio, sudor roscidus rigenti corpore. Paul. Aegin. p. 63 *τισὶ δὲ αὐτῶν καὶ οὖρον ἀκουσίως ἐκκρίνεται καὶ κόπρος· ἔστι δὲ οἷς καὶ γόνος.* Boerh. l. I. p. 639. Pet. Frank. Epit. V. p. 1. p. 76. De seminis profluvio apud Epilepticos vide Cael. Aurel. de morb. diut I 4. p. 292. 294. 309. 318. V. 7. p. 578. Pet Frank. Epit. V. p. 1. p. 60. 264. 269. Nec minus hic moneam, parvam epilepsiam concubitum esse vocatum, quem inter epilepsiae referre remedia quos non puderet, haud defuerunt Cael. Aurel. de morb. diut. I. 4. p. 318.

p. 333. l. 13. *ὁτὲ μὲν ἐς ἀριστερὰ* ] De morb. sacr. p. 328. *κἢν τὰ δεξιὰ σπῶνται.* Quo ipso docemur loco, unius lateris convulsionem epilepticam fuisse cognitam. Pet. Frank. Epit. V. p. 1. p. 139. Tissot sur les maladies des nerves III. 126. Anton. de Haen rat. med. V. p.

123. Car. Mehlis de morb. hom. dext. et sinist. p. 103. Apulej apolog. p. 222.

p. 333. l. 16. *ἄφωνος μέν ἐστι*] Alaliae causam eandem habet Hipp. de diaet. in morb. acut. p. 299. *τὸ δὲ ἄφωνόν τινα ἐξαίφνης γενέσθαι φλεβῶν ἀπολήψιες λυπέουσι* [1], atque in eadem pagina sunt *πνευμάτων ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας*.

p. 333. l. 24. *καὶ τοὺς μυκτῆρας τὸ πνεῦμα*] Recte si interpunxeris, hunc locum per se facillimum melius expedies. Neque tamen tam magni momenti est haec distinctio, quam de aër. aq. et loc. p. 378. *ἰσχὺν πλείστην κεκτημένοι, διὰ τὴν ἱππασίην*. Quae verba postrema, virgulis neglectis, Grimmius et van Swietenius V. p. 429. ita reddentes: re equaria ditati, labuntur.

p. 333. l. 26. *ἔπειτα δὲ*] Suspectam esse alteram particulam, qui in enumerandis plurimis rebus observarunt, videant ne copiosissimis exemplis redarguantur.

p. 333. l. 27. *πλεύμονα*] Antiquiorem hanc formam servavi Hippocrati, quicquid hallucinati sunt de hac scriptura Grammatici recentiores scriptorumque plurimorum editores

p. 333. l. 31. *διαψύχει*] Qui per nares cerebrum inspiratione adit spiritus, perfrigerat et qui exspiratione abit, noxia secum aufert. Galen. de odorat. instrum. 4. (V. 358.). Quod etiamsi verum sit, cerebrum tamen cordi soli

[1] *ποιέουσι* Lind. Mack. secuti Foesium. Veterem lectionem habet Galen. de bon. hab. VI. p. 7.

innatum esse refrigerando, pernegat de us. part. VIII. 2. (V. 482.) atque Aristotelem, dissecandis animalibus qui naviter dedit operam, eadem autumasse admiratur VIII. 3. Quid ipse senserit, scripsit de usu resp. 5. (V. 424.) *ἔκπνουν μὲν δὴ καὶ εἴςπνουν ἐστὶ ὅλον τὸ σῶμα κατὰ τὸν Ἱπποκράτους λόγον. σύμμετρος δὲ ἀναπνοὴ τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι μορίοις ἡ διὰ τῶν ἀρτηριῶν ἐστιν· ἐγκεφάλου δὲ καὶ καρδίας δύο ἐξαίρετα πρόςκειται τῆς ἀναπνοῆς ὄργανα, τῷ μὲν ῥῖνες, τῷ δὲ πνεύμων.*

p. 334. l. 3. *καὶ σφύζονται*] De pulsu proprie usurpari hoc verbum, notissimum est. Neque eo minus oculis adaptari potest, qui si alterne protruduntur, sanguinis vi sive pulsu ita moventur. Similiter dicitur in Coac. praen. p. 528. *κεφαλῆς σφυγμὸς*, qui saepius etiam alibi memoratur, et apud Galen. de us. part. VIII. 2. *μήνιγξ σφύζουσα.* Aristoteles terrae *σφυγμὸν* attribuit.

p. 334. l. 6. *ἀφρέει καὶ ἀναβλύει*] Explanatior spumarum origo est de flat. p. 412. *διὰ γὰρ τῶν σφαγιτίδων φλεβῶν διαδύνων ὁ ἀὴρ ἔρχεται μὲν αὐτὸς, ἀνάγκη δὲ μετ' ἑωυτοῦ τὸ λεπτότατον τοῦ αἵματος. τὸ δὲ ὑγρὸν τὸ περιμισγόμενον λευκοῦται. διὰ λεπτῶν γὰρ ὑμένων καθαρὸς ἐὼν ὁ ἠὴρ διαφαίνεται. διὸ δὴ λευκοὶ φαίνονται πάντες οἱ ἀφροί.*

p. 334. l. 12. *ἀπειλημμένον*] An sit differentia statuenda inter hujus participii formas et

cujus tandem optio facienda, nondum probe scio. Duas praeter vulgatam observavi formas: *ἀπολελαμμένος* Praed. p. 474. 478. *διαλελημμένον* de loc. in hom. p. 392. De praefocatione praecordiis sursum raptis imminente plures in praecedentibus jam attuli e diversis scriptoribus locos.

p. 334. l. 14. *λακτίζει* ] Familiare infantibus est jactare calces et convulsionum significativum. Coac. praen. p. 530. Aret. de morb. acut. I. 5. *σκέλεα οὐ διαπεπλεγμένα μοῦνον, ἀλλὰ τῇδε κἀκεῖσε βαλλόμενα αὐτοῖς ἀπὸ τῶν τενόντων· ἐσφαγμένοισι ταύροισι ἧδε ἰκέλη ἡ ξυμφορή.*

p. 334. l. 17. *διεκδυῆναι* ] Talem infinitivum reliqua non subministrant Hippocratis opera. Quodsi non justa est forma, facile est corrigere *διεκρυῆναι* vel *διεκδῦναι.*

p. 334. l. 25. *αὐτίκα ἀποκτείνει* ] De morb. I. 35. *ὅταν τὸ αἷμα τὸ ἐν τῇσι φλεψὶ ὑπὸ τοῦ φλέγματος ψυχθῇ, μεταπίπτει δὲ καὶ ξυσπᾶται ἄλες, ἄλλοτε ἄλλο καὶ τρέμει. τέλος δὲ ψύχεται πάντα καὶ ἀποθνήσκει.* II. 41. *καὶ ἢν μὲν τὸ αἷμα καὶ τὸ ἄλλο σῶμα κρατήσῃ, ὥςτε διαθερμανθῆναι, διαφεύγει. ἢν δὲ τὸ φλέγμα κρατήσῃ, ἐπιψύχεται μᾶλλον τὸ αἷμα καὶ πήγνυται. καὶ ἢν ἐς τοῦτο ἐπιδιδῷ* (*οἷ* alii) *ψυχόμενον καὶ πηγνύμενον, πήγνυται παντελῶς καὶ ἐμψύχεται ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀποθνήσκει.* Cels. III. 23. Interdum tamen cum recens est, hominem consumit. Aret. de morb. diut. I. 4. *ἔκτεινε γάρ κοτε παροξυσμὸς εἷς.* de curat. morb. acut. I. 5. *ἔκτεινε γάρ κοτε καὶ ἡμέρῃ μιῇ.*

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 185 sur 201

Paul. Aeg. p. 63. *ἐπί τινων μὲν οὖν ὀξύτατον ὑπάρχον τὸ πάθος ταχέως ἀπέκτεινε τῇ τε συνεχείᾳ τῶν παροξυσμῶν καὶ τῇ τοῦ συμπτώματος ἰσχύϊ.*

p. 334. l. 30. *ὁκόταν σκεδασθῇ κατὰ τὰς φλέβας* ] De flat. p. 412. *ὁκόταν γυμνασθὲν ὑπὸ τῶν πόνων τὸ σῶμα διαθερμανθῇ, θερμαίνεται καὶ τὸ αἷμα· τὸ δὲ αἷμα θερμανθὲν ἐξεθέρμανε τὰς φύσας· αὗται δὲ θερμανθεῖσαι διαλύονται καὶ διαλύουσι τὴν ξύστασιν τοῦ αἵματος, αἱ μὲν οὖν ἐξελθοῦσαι μετὰ τοῦ πνεύματος, αἱ δὲ μετὰ τοῦ φλέγματος· ἀποζέσαντος δὲ τοῦ ἀφροῦ καὶ καταστάντος τοῦ αἵματος καὶ γαλήνης ἐν τῷ σώματι γενομένης πέπαυται τὸ νούσημα.*

p 334. l. 39. *τὰ γὰρ φλέβια, λεπτὰ ἐόντα* ] De nat. puer. p. 145.

p. 335. l. 4. *ἐπίσημα ἐόντα* ] Aret de morb. acut. I. 5. *ἐπὶ δὲ τῇ καταπαύσι νωθροὶ τὰ μέλεα τὰ πρῶτα, καρηβαρικοὶ, διαλελυμένοι, πάρετοι, ὠχροὶ, δύςθυμοι, κατηφέες, καμάτῳ καὶ αἰσχύνῃ τοῦ δεινοῦ.* De morb. diut. I. 4. *ἀπόλλυσι τοὺς παῖδας φθόνου τοῦ κάλλεος ἢ χειρὸς ἀκρασίῃ, ἢ προςώπου διαστροφῇ.* Inde ita exsecratur Shakespeare King Lear II. 2.

A plague upon your epileptic visage!

p. 335. l. 25. *καὶ ἐς τὰ δεξιὰ* ] Dextri lateris vasa esse ampliora, coarctari in sinistro minus exercitato (Aristot. Probl. XXXI. 12. 30.) constat. Journ. de médec. LXXXVI. p. 263. De lite autem, multum agitata, an dextri lateris paraplegiae numero superent eas sinistri la-

teris, recollectos locos lege apud Coray de aër. aq. et loc. II. p. 545. Du Pui de affect. morbos. hom dext. et sinist. p. 111 et sqq. Mehlis de morb. hom. dext. et sin. p. 18 et sqq. Haec autem praeoccupavi dicenda demum infra p. 336.

p. 335. l. 30. *τοὺς δὲ πρεσβυτέρους οὐκ ἀποκτείνει* ] Dicit, ut credere par est, adolescentes virosque. Praed. II. 499. *τῶν δ' ὑπὸ τῆς ἱρῆς νούσου λαμβανομένων χαλεπώτατοι μὲν ἐξίστασθαι, ὁκόσοισι ἂν ἀπὸ παιδὸς ξυμβήσεται καὶ ξυνανδρωθῇ τὸ νούσημα. ἔπειτα δὲ ὅσοισι ἂν γένηται ἐν ἀκμάζοντι τῷ σώματι τῆς ἡλικίης. εἴη δ' ἂν ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτέων ἐς πέντε καὶ τεσσεράκοντα ἔτεα.* Epidem. VI. p. 796. Aphoris. II. 45. Aret. de morb. diut. I. 4. *ξυνδιαιτᾶταί τε παισὶ καὶ μειρακίοισι· ἐξηλάθη δέ κοτε ὑπ' εὐτυχίης, δι' ἄλλης ἡλικίης μέζονος, εὖτε τῷ κάλλεϊ συνέξεισι τῆς ὥρης.* Alex. Trall. I. 15. p. 64. *ἐπερχομένη γὰρ ἡ ἡλικία καὶ τὸ θερμὸν αὐξανόμενον διαφορεῖ τὴν περιττεύουσαν περὶ τὴν κεφαλὴν ὑγρότητα καὶ πληροῦσαν αὐτοῦ τὰς κοιλίας.*

p. 335. l. 40. *σημήϊα* ] Plus quam quadraginta locis Hippocratei libri hanc scripturam servant, in ceteris id genus vocabulis, *θεραπηΐη*, cujus scripturae vix decem exsignavi locos, *ἀχρήϊον* de artic. p. 819. longe rariorem.

p. 335. l. 43. *τοῖσι δὲ πρεσβυτάτοισι ὁκόταν ἐπιγένηται* ] Praed. II. p. 499. *ὁκόσοι δὲ γέροντες ἤρξαντο λαμβάνεσθαι, ἀποθνήσκουσί τε μάλιστα, καὶ ἢν μὴ ἀπόλλωνται, τάχιστα ἀπαλλάσσονται*

*ὑπὸ τοῦ αὐτομάτου, ὑπὸ δὲ τῶν ἰητρῶν ἥκιστα ὠφελέονται.* Cael. Aur. de morb. diut. I. 4. p. 295., quem semel afferendum in hac re duxi, ne nimis ipsius verba discerperentur: communiter autem haec passio frequens est in pueris, et magis tempore quo dentium nativitates habentur. Accidit etiam primaevis atque mediis aetatibus: senibus vero difficile: nam vehementius afficit proximos nativitati infantes, quam pueros, aut vergenti aetate atque seniores: siquidem viribus invalidi passionum impetum tolerare non possunt.

p. 336. l. 19. *καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ σπληνός* ] Locorum mentem in negatione interserenda similiter secutus est Coray de aër. aq. et loc. p. 331. *ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος οὐ γλυκαίνεται.* p. 341. *δοκέει γὰρ αὐτέοισι τὸ αἴτιον ἐνθαῦτα εἶναι τῆς οὐκ οὐρήσιος.*

p. 336. l. 26. *ἀποκρίνεται* ] Notionem verbi multiplicem enodavit Schneiderus ad Arist. hist. an. IV. 331.

p. 336. l. 33. *νότος μεταβάλλῃ* ] Austrum pituitae procreandae favere in Graecis haud mirum est. Hom. Il. III. 10. De vict. rat. II. p. 213. *τά τε γὰρ φυόμενα (ἐν τῇ Λιβύῃ) ἐξαναίνει καὶ τοὺς ἀνθρώπους λανθάνει ἀποξηραίνων. ἅτε γὰρ οὐκ ἔχων οὔτε ἐκ θαλάσσης ἰκμάδα λαβεῖν οὔτε ἐκ ποταμοῦ καὶ ἐκ τῶν ζώων καὶ τῶν φυομένων ἐκπίνει τὸ ὑγρόν. ὁκόταν δὲ τὸ πέλαγος περαιώσῃ, ἅτε θερμὸς ἐὼν καὶ ἀραιὸς, πουλλῆς ὑγρασίης ἐμ-*

πίπληϲι τὴν χώρην ἐμπίπτων. Inde ingruente Austro plerumque morbo corripiuntur Epileptici. de morb. sac. p. 337. Austri vim describit p. 339.

p. 337. l. 10. χειμὼν πολεμιώτατός ἐστι] De hom. nat. p. 270. αὔξεται δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ μὲν φλέγμα χειμῶνος. τοῦτο γὰρ τῷ χειμῶνι κατὰ φύσιν μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων. Quem locum tangit Galen. de Hipp. et Platon. plac. VIII. 6.

p. 337. l. 17. κίνδυνος δὲ πουλὺς καὶ ἦρος παθέειν τοῦτο] Frequens verno tempore dicitur saepius morbus comitialis. Aphoris. III. 20. 22. Cael. Aurel. de morb. diut. I. 2. p. 287. 295. Irruit autem omni tempore corporibus, sed magis verno.

p. 337. l. 37. ἥ τε ἀπάλλαξις χαλεπὴ γίγνεται] Aphoris. V. 7. τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίγνεται, μετάστασιν ἴσχει· ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσι ἐτέων γίγνεται, τουτέοισι τὰ πουλλὰ ξυναποθνήσκει. Cels. II. 8. morbus comitialis ante pubertatem ortus non aegre finitur. III. 23. ac solet quidem etiam longum esse usque ad mortis diem, et vitae non periculosum. Aret. de morb. diut. l. 4. ἢν δὲ φωλεύσῃ τὸ κακὸν ἐς ῥίζαν, οὔτε ἰητρῷ, οὔτε ἡλικίης μεταβολαῖς [ἐς Petit. inseruit] ἔξοδον πείθεται· ἀλλὰ συμβιοῖ μέσφι θανάτου. de Curat. morb. acut. I. 5. p. 84. ἢν δὲ ἐς μελέτην μὲν ἥκῃ τοῦ κακοῦ ὤνθρωπος, ἡ δὲ νοῦσος ἀπρὶξ ἐμφῦσα ἔχηται, οὐ χρονίη μοῦνον γίγνεται, ἀλλὰ μετεξετέροισι αἰωνίη. ἢν γὰρ ὑπερβάλλῃ

12

τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίης, ξυγγηρᾷ τε καὶ ξυναποθνήσκει. Paul. Aegin. p. 63. ἐπὶ δὲ τῶν πλειόνων εἰς μῆκος ἐκτείνεται, ὥςτε εἰ μὴ λυθείη κατὰ τὴν ἥβην, ἢ τὰς[k] καθάρσεις, ἢ τὰς κυήσεις, ἢ εἰ μετὰ τοῦτον συσταίη τὸν χρόνον, ὡς τὰ πολλὰ συναποθνήσκει, χωρὶς εἰ μὴ τῆς προςηκούσης ἰάσεως ἐπιτύχοι. Alios, quos hic omissos esse mireris, locos superiora tibi suppeditabunt.

p. 338. l. 2. γνοίη δὲ ἄν τις τόδε μάλιστα τοῖσι προβάτοισι] Antiquitus jam epilepsiam solius fere hominis esse morbum percrebuisse ex Aristot. Probl. XXXI. 27. (IV. 242. du Val.) apparet: διὰ τί τῶν ζώων ἄνθρωπος ἢ μόνον ἢ μάλιστα διαστρέφεται; ἦ ὅτι ἢ μόνον ἢ μάλιστα ἐπίληπτος ἐν τῇ νεότητι γίγνεται; Neque tamen Mercuriali adeo admirandum est, si oves iisdem ac homines laborare morbis Aristoteles dicat, capris, quae haud multum dissimiles sunt ovibus, eundem tributum esse honorem, praesertim quum meminerit, caprarum imbecillem valetudinem paene in proverbium abiisse. Arist. hist. an. VIII. 12. Varro II. 3. 5. Mercur. Var. lect p. 108. Pet. Frank. Epit. VI. p. 1. p. 429. qui locus optime huc spectat propter similem vertiginis causam, hydrocephalum puta internum vel

[k] Amenorrhoeam igitur suppressasque haemorrhoidas cur culpaverit epilepsiae vel letiferae causam Hippocrates Coac. praen. p. 553. 576. intelligimus. Pet. Frank. Epit. V. p. 2. p. 138.

taeniam vesicularem. Qua mederi epilepsiae jubet Alex. Trall. I. 15. p. 83.

p. 338. l. 8. *εὑρήσεις τὸν ἐγκέφαλον ὑγρὸν*] Dissecari quoque in hydrope pulmonum hydatidosa jubet animalia de int. aff. p. 227.

p. 338. l. 13. *ὁκόταν γὰρ ὁ χρόνος γένηται*] Pariter sine adjectivo adnexo loquitur de artic. p. 821. *ὅταν ὁ χρόνος ἐγγένηται.*

p. 338. l. 25. *ἐθάδες*] Legitur *ἠθάδες* de mul. morb. I. p. 416.

p 338. l. 26. *προγιγνώσκουσι, ὁκόταν μέλλωσι λήψεσθαι*] Nutrices et paedagogi occultare laborant alumnorum morbum infamem Praed. II. 500. Aret. de morb. acut. I 5. *ἥδε μὲν τοίη ἀπάτη γίγνεται, ὁκόσοισι τόδε πρῶτον τὸ κακὸν ξυνέπεσε· οἷς δὲ ξύνηθες τὸ πάθος, ἢν ἐπίῃ μὲν ἡ νοῦσος, ἐς*[1] *δάκτυλον δὲ ἤδη ἀφίκηται, ἢ ἀπό τευ ἄρξηται, ξυνηθέας ἀρωγοὺς καλέουσι τοὺς παρεόντας, προγνῶσι τοῦ μέλλοντος ὑπ' ἐμπειρίης.* Cael. Aurel. de morb. diut. I. 4. p. 294. alii enim praenoscentes futura, motibus solitis admoniti, in domibus se continendo tutantur, accessionem praevenientes: quam quum sentiunt propinquare, eligunt locos, quibus tuto ac sine ulla turpitudine jactentur. Alii vero istorum ignari, publicis in locis cadendo foedantur.

p. 338. l. 27. *φεύγουσι ἐκ τῶν ἀνθρώπων*]

1 De triplici morbi comitialis modo vide Galen. de loc. affect. IV. 7. ejusque sectatores inter sequiores Graeciae medicos.



Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 191 sur 201

Ideo et quia inter foeditates et ignominias vitam degunt ἐξάνθρωποι vocantur. Aret. de morb. diut. I 4.

p. 338. l. 32. ἐγκαλύπτεται] Nihil magis moribundi circumspiciunt, quam ut honeste cadant. Eurip. Hecub. 509.

ἥδε καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.

Quos versus longe alia ex causa citat Galenus in Comm. in Progn. V. p. 58. Ald. Sueton. Caes. 82. Utque animadvertit, undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Plut. Caes. 66. Galen. de dyspn. II. 5. (VII. 250.) ὥςπερ οὐδὲ πεσεῖν εὐσχημόνως ἴσασιν οἱ παντάπασιν ἀμαθεῖς παλαισμάτων. Epilepsia praeterea Caesarem laborasse fama fert et Cambysem esse mortuum. Herod. III. 33.

p. 339. l. 9. ὁ μὲν γὰρ βορέης ξυνίστησι] Eadem de Aquilonibus sunt de vict. rat. II. p. 669. alibique saepius tanguntur.

p. 339. l. 14. τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἀρξάμενα] Omnes ventos ex aqua oriri, credidere veteres. De nat. puer. p. 153. τὰ δὲ πνεύματα ἡμῖν ἐστι πάντα ἀπ' ὕδατος. de vict. rat. II. 211. 213. τὰ μὲν ἐκ θαλάσσης πνεύματα ἐς τὰς χώρας ἐμπίπτοντα ξηρότερά πώς ἐστι. Cic. de nat. deor. II. 33. ex aqua oritur aër. Senec. N. Q. V. 7. Galen. de sem. I. 4. (III. 188.)

p. 339. l. 19. *νότος τἀναντία τούτῳ ἐργάζεται*] Soli eadem vis iisdem adscribitur verbis de aër. aq. et loc. p. 338.

p. 339. l. 43. *ἀμβλυωπότερα*] De Insom. p. 636.

p. 340. l. 21. *ἐξ οὐδενὸς ἡμῖν αἱ ἡδοναὶ γίγνονται*] Recte cerebro omnes has laudes consecrasse tantumque principatum assignasse Hippocratem si laetamur, usque adeo serpsisse errorem aequo dolendum est, ut turpissime se daret in pituitae migrationibus confirmandis et propius quum esse vero nequiret, omne ingenium in his ineptiis decoqueret. De insan. p. 345. *ἐν ᾧ ἐστι τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα.* Alii autem aliter senserunt in vitae sedibus quaeritandis. Aret. de morb. acut. II. 1. *τἄλλα μὲν ὅκως ὄργανα μοῦνον διακονέεται τῷ ζώῳ· πλεύμων δὲ καὶ τὴν αἰτίην ἴσχει τῆς ὁλκῆς· ἐνίζει γὰρ αὐτέου μέσον σπλάγχνον θερμὸν ἡ καρδία, ζωῆς καὶ ἀναπνοῆς ἀρχή.* de morb. diut. I. 11. II. 3. Plat. Phaed. p. 96. ad quem locum vide Heindorfium. Gal. de usu part. I. 8. *ὁ μὲν γὰρ τὴν καρδίαν, ὁ δὲ τὰς μήνιγγας, ὁ δὲ τὸν ἐγκέφαλον ἐν ἑαυτῷ φησιν ἔχειν τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονοῦν.* De foet. format. 5. (V. 296.) De tribus animae partibus, in cerebro cordeque et hepate habitantibus, quas Plato esse posuit, lege Galen. de anim. morib. 3. (V. 446.) de Hipp. et Plat. plac. III. 1. 2. 8. VI. 1. de loc. aff. V. 2. (VII. 481.)

p. 341. l. 5. *μαινόμεθα μὲν ὑπὸ ὑγρότητος*]

Ad verbum fere, quae sequuntur, iterum in fragmento de insania extant.

p. 341. l. 10. *ἄλλο ὁρᾷν*] *ἀλλοῖα φρονέων καὶ ἀλλοῖα ὁρέων*. De gland. p. 419.

p. 341. l. 21. *κεκράκται*] Erot. p. 228. *φωνητικοί*.

p. 341. l. 34. *ἀσῆται*] Gal. p. 444. Foes. Oecon. p. 100.

p. 342. l. 1. *διαθερμαίνονται· δὲ*] Multum sudavi et alsi in hoc loco restituendo. Quod num bene mihi cesserit, penes vos est. Gottholdius autem, Fridericiani, quod Regimontii est, gymnasii antistes laudatissimus meusque praeceptor, cui innumerabilium, quae in me contulit, beneficiorum debeo grates, hanc corrupto huic loco medicinam adhibuit: *τοῦτο δὲ πάσχουσι οἱ χολώδεες, οἱ φλεγματώδεες δὲ οὔ· διαθερμαίνονται δὲ, ἐπὴν τὸ αἷμα ἐπέλθῃ ..... ἐπιζέσῃ. ἔρχεται ..... προειρημένας, ὁκόταν ... καὶ ἐν τῷ (ἔν τῳ?) φόβῳ ἔῃ. ὥςπερ οὖν καὶ εἰ .... φλογιᾷ. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρεύθονται, ὁκόταν φοβέηται καὶ ἡ γνώμη ἐπινοέῃ* etc.

p. 342. l. 8. *φλογιᾷ*] Gal. p. 590. *πυροῦται μετὰ ἐρυθήματος*.

p. 342. l. 39. *θερμὸς ἔτι ἐὼν*] Debebat autem cerebrum primum perfrigerare aërem et perfrigeratum porro distribuere.

p. 342. l. 39. *ἂν ἴοι*] Gottholdio ita emendari posse videtur: *εἰ γὰρ ἐς τὸ σῶμα πρῶτον ἀπικνέετο .... ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἂν ἥει* etc.

Quod aptum, non necessarium esse mecum consensit.

p. 343. l. 1. *αἱ δὲ φρένες ἄλλως οὔνομα ἔχουσι*] Dissentit paululum Aristotel. de part. anim. III. 10. (II. 533. du Val.) *διὸ καὶ καλοῦνται φρένες, ὡς μετέχουσαί τι τοῦ φρονεῖν· αἱ δὲ μετέχουσι μὲν οὔ· ἐγγὺς δ' οὖσαι τῶν μετεχόντων* (cor dicit), *ἐπίδηλον ποιοῦσι τὴν μεταβολὴν τῆς διανοίας.* Septum transversum inter cor (*θυμοειδὲς*) et hepar (*ἐπιθυμητικὸν*) dixit Plato. Lege Galen. de anatom. admin. V. 5. (IV. 118.) de us. part. IV. 14. (IV. 386.) de Hipp. et Plat. plac. VIII. 9. (V. 246.) de loc. aff. V. 4. (VII. 488.) ubi nominum reddit rationes.

p. 343. l. 22. *τὰ πρὸς τῇ καρδίῃ, ἅπερ οὔατα καλέεται*] De cord. p. 291. *ἃ κλῄσκεται μὲν οὔατα, τρήματα δὲ οὐκ ἔστι οὐάτων.* Galen. de anat. adminis. VII. 8. (IV. 154.) 9. (IV. 156.) *ἃ καθ' ὁμοιότητά τινα τοῖς κυρίως ὀνομαζομένοις ὠσὶν ἐκάλεσαν οἱ πρόσθεν.* De us. part. VI. 15. (IV. 439.) *ὠνόμασται μάτην.* p. 440. *ὠνόμασται δ' οὕτως οὐκ ἀπὸ χρείας ἢ ἐνεργείας τινὸς, ἀλλ' ἀπὸ μικρᾶς ὁμοιότητος.*

p. 343. l. 25. *φρονέομεν τῇ καρδίῃ*] Supra laudavi locos, qui huc pertinent.

p. 343. l. 33 *ξύστασις*] Foes. Oecon. p. 602.

p. 344. l. 24. *ἀκεστὰ*] Gal. p. 418. *τὰ ἰατά. καὶ γὰρ ἄκη, τὰ ἰάματα.*

p. 344. l. 31. *ἀφαιρέσει*] Lindenus optime restituisse videretur hunc locum, futuris sublatis

temporibus, si codex qualiscunque addiceret. Forma hujusmodi: πονέσῃ Coac. praen. p. 571. de morb. I. 20. 22. Contrarii usus hoc est exemplum: de morb. II 37. ὑπερεμήσῃ, ὑπερεμῆσαι, ὑπερεμήσειε.

p. 344. I. 43. ξηρὸν ποιέειν] Haec vertit Cael. Aurel. de morb. diut. I. 4. p. 319.

BIBLIOTHEQUE DE LA FACULTE de MEDECINE DE PARIS

# CURRICULUM VITAE.

*Ego Fridericus Reinholdus Dietz die duodecimo M. Januar. A. MDCCCV Regimontii a patre sum sublatus et laetabundo et moerente. Mater enim doloribus inter partum divexata confectaque vehementissimis, posteaquam me est enixa ac filiolo vagienti semel tantummodo dulce subrisit moribunda, spirare desiit. Uxoris autem dilectissimae dum lessum habet pater, nominalia pie sunt celebrata mihique, evangelicae adscribendo ecclesiae, et patris et avi materni indita praenomina. Neque tamen ita multo post novercam, quam alteram potius appellare matrem praestat, patri abhinc annis octo morte mihi praerepto adhuc superstitem, accepi nutricem adsiduam atque educatricem sedulam, quae quamquam triennium jam decumbit paralytica, ne gravissimo quidem praepeditur morbo, quominus mihi meique amori, quicquid superat vitae, libentissime impendat. Quem compensare amorem pietate et gratissimo animo modo potuerim vitaque, quo nihil mihi optabilius esse potest, matri suppeditet eique fatum sit con-*

*valescere, nunquam nec mihi nec matri defuerim.*

*Novem vero annos quum gymnasium, quod Regimontii* Gotthold*o praesule prisca floret gloria, Fridericianum frequentassem neque indignum me duxissent praeceptores, quem primo maturitatis praemio condecorarent, e ludo literario dimissum die XI Octob. MDCCCXXIII viri excellentissimi C.* Unger, *penes quem prorectoris erant munia, in numerum civium academicorum et* de Baer *decanus in album medicorum retulerunt. Ac medicinae quidem literisque ingenuis per quadriennium ad hunc modum dedi operam. Namque me docuerunt professores G.* Hagen *physicam, chemiam, mineralogiam; botanicam et generalem et specialem, cryptogamicarum ordines plantarum, singularum familiarum penitiorem notitiam beatus* Eysenhardt, *qui me, cui botanices amor jam diu in scholis Bujachii indefesso studio incensus irroboraverat, et commendatum sibi posteaque carum esse benigne voluit; E.* Meyer *plantarum geographicas rationes; anatomiam et theoreticam et practicam, zoologiam, zootomiam, encyclopaediam medicam, evolutionis historias, fossiles animalium reliquias* de Baer; Burdach *anatomiam et generalem et specialem, physiologiam, biologiam; morbi theoriam, nosologiam et therapiam specialem, morbos syphiliticos* Sachs; Unger *chirurgiam universam; materiam medicam, medicinam forensem G. A.* Richter; Henne *artem obstetriciam et theoreticam et practicam, formulas medicas*

rite concinnare; doctores Dulk pharmaciam, Werner faſciarum machinarumque chirurgicarum uſus, fracturarum et luxationum therapiam. Quibus viris celeberrimis et doctiſſimis innumerabilia refero accepta beneficia multasque et perennes debeo grates gratias.

Praeterea in Clinico et policlinico chirurgico et ophthalmologico Ungero, in clinico medico Elsnero, in maiocomeo Henne ducibus laudatiſſimis aegrotorum curam et ipſe ſuſcepi et exſtirpationem ſteatomatis quinquelibris et amputationem cruris bifidam feliciter perfeci.

Porro mihi auditori explicuerunt profeſſores ampliſſimi Herbart philoſophiam; Thucydidem, Pindarum, Ciceronem Lobeck; E. Hagen Dantes divinam comoediam, Petrarcam, artium medii aevi hiſtoriam. In linguae denique arabicae elementis S. T. Wald, in lingua hebraica Hahn, viri ſumme venerandi, ac paulo poſt P. a Bohlen, cujus et praeceptoris et amici ſuaviſſimi nunquam non recolam memoriam amoremque, in lingua arabica, perſica, ſyriaca, ſanſcrita fere biennium me erudierunt.

Quorum virorum numero, quos omnes nunquam negabo de me optime eſſe promeritos, prae ceteris et amore veriſſimo complectendos et ſanctiſſima proſequendos obſervantia eximam Gottholdum et Sachſium inſeramque Fr. Jacobum olim Fridericiani nunc Poſnaniani praeceptorem gymnaſii, qui

Hippokratous Peri hirês nousou biblion. Recensuit, novam interpretationem ... - page 199 sur 201

*non ſolum doctrina me exornarunt ampliſſima, verum etiam mores excoluerunt, quum paterno erga me amore adoleſcentis animum pellexiſſent ac voluntatem ſibi conciliaſſent, poſteaque gratiam mecum compoſuerunt acceptiſſimam.*

# Addenda et Corrigenda.

P. 17. l. 7. Hecatas l. Hecates.
p. 23. l. 20. renum l. renem.
p. 36. l. 1. dele punctum.
p. 37. l. ult. alterutram, addita virgula.
p. 39. l. 22. habemus servatum l. habemus, servatam.
p. 42. l. 18. *μεταβάλῃ* l. *μεταβάλῃ*.
p. 79. l. 26. nunquam l. unquam.
p. 91. l. 1. vanitate adde alienissimus.
p. 95. l. ult. alio, loco l. alio loco,
p. 99. l. 14. *ὀνόμασιν*. Postliminio redeat Infinitivus *ὀνομάσαι*.
p. 102. l. 9. sonum l. Ionum.
p. 104. l. 6. celebritate l. celebritati.
p. 108. l. 16. desperantis l. desperatis.
p. 114. l. 1. hanc adde quaestionem.
p. 115. l. 11. *ἐνεστι* l. *ἔνεστι*.
p. 126. l. 16. *ὅρης* l. *ὥρης*.
— — l. 17. *ὤκως* l. *ὅκως*.
p. 141. l. 17. *πολυθρύλητον* l. *πολυθρύλλητον*.
p. 149. l. 4. *χλαεπά* l. *χαλεπά*.
p. 150. l. 7. lustrat l. lustrant.
p. 153. l. 20. idoneam l. idoneis.
p. 156 l. 26. *οἱ* l. *αἱ*.
p. 165. l. 25. Expunge punctum.
p. 168. l. 3. videt l. vidit.